ita evacuatus jam mucosus, jam pure mixtus, jam merus, et quidem floridus, laete ruber, arteriosus; vel profunde ruber, nigricans, venosus, spumescens (ab aëre admixto), coagulatus, grumosus, conspicitur. Eveniente ipso sanguinis e pulmone fluxu in plurimis aëgris calor animalis exaltatur, arteriarum quoque pulsus frequentia et duritie normalem vincit.

Multa porro symptomata ex animi affectu, terrore scilicet et metu proveniunt, qualia: anxietas pectoris, cardiopalmus, pallor faciei, frigus extremitatum, sensus debilitatis majoris, sensuum externorum praecipue visus obnubilatio, pulsus parvus, debilis, imo non rarum, sub insigni, et repentina cruoris jactura, aegrotum morituri hominis aspectu prosterni, pallere, extremitatibus convelli, et asphyxiae sub specie detentum jacere! — Nec desunt exempla eorum, qui somno profundo sepulti, vel debiles et male ac supino in situ locati, superveniente majore sanguinis unda, suffocati sunt (I. P. Frank). Minime autem haec a profluvio cruoris semper repeti possunt: nam liquidi evacuati quantitas saepe exigua est, paucarum videlicet drachmarum, aut unciarum.

Symptomata succedanea. Portione quadam cruoris eliminata, quies ingruit, symptomata vero prodroma imminuuntur, cessant. Frequenter tamen remanet dyspnoea; percipitur strepitus in pectore, trachea, post moram dein breviorē, vel longiorē, haemorrhagia denuo comparet. Variat autem haec relate ad quantitatem ac qualitatem cruoris excreti; relate ad durationem, reversionem; symptomata concomitantia et subsequentia; pro diversa quippe natura morbi.

### Divisio morbi.

Diversimode, varioque sub respectu Pneumonorrhagia dividitur. — Juvabit igitur praecipuas Auctorum divisiones hic loci brevibus attingere.

I.) **Divisio a sede morbi diversa.** — Subin nimirum sedem figit in larynge (laryngorrhagia), aut trachea (tracheorrhagia), quarum characteres sunt: sensus ponderis ac doloris in pectoræ defectus; respiratio non est difficilis; cruor solo screatu expellitur, sed parca quantitate, tussi nulla, vel minima; saepe indicant aegri in tracheorrhagia pruritus ingratus, imo ardorem in certa tracheae regione; vox est sibilans; sanguis consuetim laete ruber, muco bronchiali remixtus, nec spumoso evehitur. Vasis sanguine manantibus profundius locatis diagnosi erit difficilior. Nec facile quisquam eruet, num vasa trachealia, an non potius jam pulmonalia cruorem fundant? Interim tracheorrhagiam cum probabilitate magna tantum in gradu minori agnoscemus. Si enim profusio sanguinis notabilis sit, quod evenit: dum per statum morbosum diuturnum vasa tracheae et laryngis abnormiter expanduntur, serius vero eroduntur, rumpuntur, tunc inquam, cruor quantitate majore evacuatus, depluit in bronchia, inducit dyspnoeam, respirationem strepitosam, tussi-que ejicitur sanguis copiosus, spumescens; ut in hoc casu omnino dubii haereamus, quaenam sit sedes haemorrhagiae. Quidam e loco, ubi aeger pruritus et ardorem se percipere tradit, ad fontem sanguinis in conspectum venientis concludunt \*). Pneumonorrhagiam proprie sic dictam fundant: dolores pectoris, impedimenta respirationis, tussis validior, sanguis spumoso, sensatio caloris ascendentis, expectoratio cruoris largior, etc. ulterius dicenda.

II.) **Maxime essentialis Pneumonorrhagiae divisio** petitur a characterem seu indolem, conditionem energiae vitalis, unde

A) **Pneumonorrhagia activa, inflammatoria (antiquioribus); sthenica, hypersthe-**

---

\*) Witringham in den Abhandlungen für practische Aerzte Band VIII., Seite 419.

nica (recentioribus), energica (J. P. Frank), cum synocha (Haase et Reil): in qua energia vitalis in corde et arteriis morbose exaltata, secretionem abnormem in pulmonibus provocat. Symptomata sunt: inquietudo, pervigilium vel propensio major in somnum, somnia terrifica; signa congestionis in pectus, horror cum calore alternans, pulsus acceleratus, plenus, durus, fortis; urina parca flammaea; cardiopalmus, sensus anxietatis in pectore, respiratio impedita cum inspiratione praepremis difficili; stimulus in tussim; dolor punctorius thoracis, sensus ardoris sub osse sterni; plurima signa pneumoniae incipientis; his accedunt: symptomata epirrhoeae in caput, rubor scilicet ac tumor faciei, genarum, vertigo, cephalaea. Sanguis evacuatus est laete ruber, parvus, cito coagulandus, moxque crustam pleuriticam formans. Haemorrhagia comparente symptomata praegressa imminuuntur, aeger omni respectu levamen experitur; confirmant porro diagnosim indoles causarum, et effectus remediorum fors jam adhibitorum.

B) Pneumonorrhagia cum caractere erethismi, hypererethismi, spasmodico, asthenico-activo, typhi (Reil): in hac debilitas morbum sustentans cum irritabilitate exaltata cordis arteriarumque incedit. Symptomata hujus ab iisdem prioris solum eo; quod minus constantia sint, et cum aliis penitus oppositis alternent, diversa sunt. Cutis est sicca, frigida, urina pallida; rubor faciei circumscriptus, genae jam calidae sunt, jam frigidae; calor cum horripilatione et frigore alternat; pulsus est frequens, parvus, contractus, celer, multum variabilis, sensibilitas totius corporis exaltata. Quantitas sanguinis sub insultu profluentis major, repetitis vicibus ejicitur, cum levamine exiguo, hocque saltem initio paroxysmi; sanguis laete ruber, consistentiam minorem, initio morbi crustam phlogisticam exiguam,

postmodum vero nullam offerens. Fulciunt porro diagnosis: temperamentum irritabile, habitusque aegri phthisicus.

C) Pneumonorrhagia cum caractere paralysis, torporis, passivo, aethenico torpido: huic debilitas cum languente irritabilitate cordis ac arteriarum subest. Ut haec detegatur; habitus aegri, morbi praegressi et praesens, indoles sanguinis venosa, denique absentia symptomatum characterem profluvii activum, vel spasmodicum evincentium respici merentur. Symptomata, pneumonorrhagiam hujus speciei praecedentia vix ulla adnotantur, eandem tamen jam regnantem sequentia indigitant; sanguis profluens niger, tenuis, resolutus, quantitate solum qua fluit solito maiore tussim ciens; respiratio stertens, halitus foetidus, calor periphericus normali minor; cutis laxa coloris luridi, plumbei; corpus sudore viscido tectum. Corripit potissimum individua provectae aetatis, constitutionis laxae, debilis, aut haemoptysi saepius detenta. Obvenit simile profluvium: in febre putrida, scorbuto, morbo maculoso Werlhoffii, phthisi, evacuationibus colliquativis aliarum corporis partium.

III.) Quoad typum haemoptysis est vel continua continens, vel plerumque remittens, imo intermittens, typo jam regulari, jam irregulari. Exempla pneumonorrhagiarum intermittentium leguntur in operibus CC. Reil, Spangenberg, Fr. Hoffmann, Thomson, Mead etc. ubi haemoptysis omni mane, omni tertia die, omni tertio mense, vel omni diinidio, aut integro anno semel, imo dietim bis mane puta et vesperi, recurrebat. — In opere cel. Rougemont a) prostant casus pneu-

---

a) Abhandlung über die erblichen Krankheiten. • Eine gekrönte Preisschrift. Aus dem Französischen übersetzt von F. G. Wegeler. Frankf. am Main. 1794. 8. Seite 91.

monorrhagiarum per 13, 20, 40 annos ordinem periodicum servantium.

IV.) Pneumonorrhagia vel est simplex, vel complicata: cum pneumonia, exanthematibus, feбри septica, scorbuto, ulceribus pulmonum, vitiis organicis thoracis et abdominis.

V.) Quoad durationem: brevi vel diu durans, ultima habitualis, praesente vitio organico obtingens.

VI.) Relate ad causas remotas: haemoptysis haereditaria, sporadica, endemica, epidemica; ultima plerumque pneumoniae putridae se adjungit. — Epidemiam talem descripsere CC. Fr. Hoffmann, Heidenstamm, et Stoll.

VII.) Alia est divisio in criticam, de qua infra, symptomaticam, idiopathicam, sympathicam, et metastaticam.

VIII) Denique alia quoad quantitatem et vehementiam sanguinis prorumpentis: haemoptysis cum rejectione cruoris lenta, haemorrhagia pulmonum stricte sic dicta (Lungenblutsturz), dum magna copia, et cum impetu prosilit cruor.

### Differentia a morbis analogis.

Quamvis diagnosis pneumonorrhagiae in sanguine maximum criterium agnoscat, omnem tamen ore rejectum pro pulmonali habere cruorem, nullus Medicorum contendet, cum videlicet cruor, propinquis ex locis vel organis scaturire, atque pro morbo alio, quam de quo sermo est, imponere queat. — Ut autem disertim discrimina, signaque morborum similium benevolo offerantur lectori, a maxime analogis ordiendum esse, constitui.

A) Gastrorrhagia, haematemesis, vomitus cruentus, hung.: Vérhányás; germ.

Magenblutung, Blutbrechen, falsam haec pneumoniae rhagiae faciem assumit, si haemorrhagia pulmonalis magna sit, et portio sanguinis in pharyngem, oesophagum, ac ventriculum deveniat, vomituque una cum contentis stomachi, ejiciatur; vel si tussis vehemens, sympathice vomitum concitet. Ast ad vomitum cendum magna quantitas cruoris praevia in ventriculum devenire debet, porro discrimen maximi momenti est, quod in pneumoniae rhagiae sanguis tussi, in haematemesi vero vomitu, vel alvo cum reliquiis ciborum, potus bilis majori quantitate, isque ater non spumescens, sed coagulatus, vel solutus, partim ex vasculis capillaribus ventriculi, aut partibus adjacentibus, puta: liene (ex vasis brevibus), hepate (per venam portarum etc.) sursum propellatur. Symptomata praecursoria et concomitantia sunt: dolor et pressio in scrobiculo cordis; spasmi, turbae digestionis, ardor ventriculi et hypochondriorum; sensus plenitudinis in epigastrio; pulsatio, colica, anxietas, palpitatio cordis; pulsus irregularis; vertigo, susurrus aurium; sudores frigidi, animi deliquia; cuncta haec cruore rejecto dissipantur. Subjiciuntur aegritudini huic individua sexus sequioris, praecipue intra annum 30 — 35; viri rarius, infantes et senes rarissime; constitutio corporis ac dispositio rursus aliter se habent ac in haemoptysi; igitur in haematemesi tussis, screatus, sensus fluidi in coctione existentis desunt, dum in pneumoniae rhagiae altioris gradus similia nunquam desiderantur.

B) Haemorrhagia e choanis narium posticis — sanguinis absque tussi et screatu profluvium valido est argumento. — Cruor tamen lente scaturiens, deglutitus, aut epiglottidem irritans, tussim quoque movere poterit; absunt in hoc malo difficultas respirationis, dolores prementes thoracis. Locus ipse, e quo sanguis venit, sub examine scrupuloso patebit, non raro sanguinem coagulatum e choanis na-

rium posticis dependentem conspicamur; injectiones acidiusculae omne dubium solvent.

C) **Stomatorrhagia**: — in hac screatus, tussisque nulla, locus sanguinem plorans ore eluto levi negotio detegitur; — morbi quoque protopathici rationem sufficientem hujus profluvii symptomati continentes: scorbutus, morbus maculosus Werlhoffii, salivatio etc. in promptu erunt.

D) **Ejectio muci bronchialis**, colore ad illum cruoris, accedentis. — Mucus nempe hic abnormis evadit, coloremque nigrum induit, dum glandulae bronchiales tument, quod de individuis senio confectis perhibet *cel Portal*<sup>1)</sup> — Accidentaliter vero mucum istum permutant substantiae colorantes in bronchos deductae: ita homines in cubili fumo repleto diutius commorantes nigrum, iidem autem pulverem laterum spiritu attrahentes rubescentem exspuunt mucum; ast in hoc casu nulla aderunt pneumonorrhagiae symptomata; dein ipse quoque mucus ad morbi diagnosim illustrandam symbolam conferret, si aquam, qua solvitur, nigro, nec rubro, inquinet colore.

## A e t i o l o g i a.

Causae pneumonorrhagiae, ut aliorum morborum, duplicis sunt ordinis, nimirum: disponentes et excitantes.

### I) Disponentes.

1.) **Abnormis thoracis conformatio** qua pulmones in motu suo turbantur, normalis eorum expansio coercetur, his autem omnibus liber sanguinis circuitus praepeditur; unde qui scoliosi, lordosi etc. mulctantur, aut in quibus pulmones inter se, aut cum pleura concresecunt, item, qui per thoracula pectus multum constringere amant; haemorrhagia hac frequentissime detinentur.

<sup>1)</sup> In der Sammlung *ausserles*. Abhandlungen zum Gebrauche für practische Aerzte. Bd. X. Seite 410.



2.) *Certa vitae periodus.* Experientia duce pneumonorrhagia intra 14—36 aetatis annum frequentissima est; uti hoc jam Hippocrates significasse videtur. „Adolescentibus autem sanguinis sputiones, tabes, febres acutae, morbus comitialis, et alii, sed praecipue antea dicti.“ Praecipuam hujus causam congestio sanguinis ad organa pectoris in evolutione eorum detenta, sistere videtur, prout vero Epistaxis ex eodem fundamento aetati puerili familiaris est; ita aetate juvenili circa annum 14—18, qua pulmones formantur, magna adest in haemoptysim dispositio. Tollitur haec citius in faemineo, quam in masculino corpore, ob citiorem nimirum organismi muliebris perfectionem, unde sanguinis torrens ad uterum convertitur, fluxum catamenialem deinceps sistens; in sexu virili, cum evolutio corporis ad annum aetatis trigesimum usque protenditur, dispositio longiori tempore supermanet. Si pneumonorrhagia post statutum hunc terminum, nempe circa annum quadragesimum, aut serius in conspectum veniret, tunc ut plurimum effectum haemorrhagiarum aliarum organismi partium non comparentium, aut suppressarum, utpote: fluxus menstrui, haemorhoidalis constituet; rarius vitio quodam organico v. c. varicibus inducetur.

3.) *Constitutio plethorica* — tametsi rarius quam

4.) *Constitutio phthisica*, habitus phthisicus in sensibilitate et irritabilitate exaltata, cum majori inclinatione ad congestiones sanguinis versus pulmones, inque thorace Augusto, complanato, fundatus. Constitutio haec manifestatur, peculiaribus qualitatibus totius organismi; individua nempe phthisica sunt: tenera, membris gracilibus pollentia, cum dimensione corporis in longum excedente; thorax uti supra — collum tenue longum, larynx protuberans; scapulae prostantes elevatae, alaeformes; cutis tenera, mollis, alba cum venis superficialibus translucens; rubor genarum

circumscriptus, periodicæ revertens, præcipue ad ossa zygomatica visibilis (rosa phthisicorum, Schwindsuchtsrose); oculi pulchre coerulei; capillitium lucidum, dentes albi, magni; vox subtilis debilis; irritabilitas in systemate vasorum magna, pulsus frequentior, quam in aliis subjectis; per causas levissimas humorum circulus acceleratur; facultates mentis sunt excellentes. animus multum variabilis; in genere, receptivitas magna, cum minori reagendi potestate. Aetate jam puerili talia individua spasmis vexantur; longe frequentius tamen scrophulae, cum suis symptomatibus, hac periodo in medium prodeunt; aliae quibus obnoxia sunt aegritudines, sensibilitatem et irritabilitatem auctas enunciant; neque rarum efflorescentias cutaneas chronicas, tumores glandularum, otorrhoeam hac aetatis periodo intueri. Irritabilitas tamen organorum spirantium omnium maxima est, hacque fit: ut vel levissima aeris atmosphaerici mutatio, refrigerium minimi gradus, catarrhum, pneumoniam, tussim, raucedinem provocent. Haec corporis conformatio, dispositionem in pneumonorrhagiam cum erethismo, phthisi pulmonali serius consumandam largire solet.

5.) Occupationes variae atque opificia, in quibus aut pulmones multum intenduntur; aut potentiis nocentibus frequentissime exponuntur; — priori respectu: musici, instrumenta flatilia tractantes, scenarii, declamatores, concionatores; — posteriori vero: crispatores, sculptores, metallorum politores, molitores, homines in fodinis laborantes <sup>1)</sup> etc. magna in malum hoc dispositione pollent. —

### Causae excitantes.

Causarum occasionalium consideratio optime succedet, si hae in singula pneumonorrhagiae specie seorsim pertractatae fuerint.

1) Ramazzini de morbis Opificum. —

Pneumonorrhagiam activam concitant: aër oxygenio copioso foetus, frigidus, venti septentrionales, aut e loco septentrionem inter et ortum intermedio flantes; unde aegritudinem hanc epidemice quoque grassari posse palam est; talem epidemiam Sydenham<sup>1)</sup> adnotat; potulenta spirituosa, juxta cel. Meza infantibus ad conciliandum somnum porrecta haemoptysim comitem habuere; pharmaca resinosa, aetherea, olea aetherea mera, balsama, myrrha etc.; motus corporis excedentes; adstrictio pulmonum major, per clamorem, vociferationem protractam, cantum, instrumenta flatilia, per saltum, vomitum difficilem, alvi excretionem laboriosam; nixus fortior sub partu, sternutatio impetuosa, risus effroenis, exercitium corporis violentum sub cursu, lucta, equitatione, vectione per strata aspera, pilae lusus etc., ponderum majorum elevatio; denique et laesiones mechanicae pulmonum hujus loci erunt.

Haemoptysis cum caractere erethismi inducitur: caloris subitanea comparitione, praegresso tamen antea frigore, quod imprimis verno tempore obtinet; majore humorum jactura, inde haemoptysis post lactationem protractam, blenorhoeam profusam<sup>2)</sup> eadem ratione post deperditionem spermatis copiosam (in tabe dorsali), post salivationem, ulcera etc. refrigerio extremitatum inferiorum; emansione, suppressione fluxus sanguinei cujuscunque: ataxia mensium, haemorrhoidum; potu frigido, et balneis frigidis aestuante corpore usuatis; vaporibus acidorum mineralium, praecipue acidi muriatici oxygenati (chlorinae); vaporibus arsenici, plumbi, mercurii corrosivi; pulvere vegetabilium acrium: hellebori, arnicae, euphorbiae etc. pulvere item communi, sabulo, farina, inspiratione ad pulmones perductis.

• 1) Opera omnia Sect. VI. cap. 7. pag. 285.

• 2) Böhm Henr. Dissert. de Leucorrhoea. pag. 48—50.

Pneumonorrhagiam torpidam gignunt: aer impurus oxygenii penuria laborans; habitacula immunda, humida, effluviis hominum, aut qualiumcunque animalium etc. referta; catarrhi neglecti, et male tractati; febris putrida cum adfectione pulmonum incedens, gangraena horum incipiens, scorbutus; denique — utraque jam memoratarum haemoptysium diutius durans, et justo frequentius occurrens in hanc degenerare potest.

Sunt et alia, quae pneumonorrhagias concitare valent, nempe: quae circulum sanguinis in aliis organismi partibus impediunt, quo fit, ut sanguis progressus sui obstaculum inveniens, ad pulmones veluti organa spongiosa, minorem ei resistentiam opponentia rivo majori feratur, ibidemque accumuletur; sic vestimenta angusta, vitia cordis organica, eadem aortae, emphraxis viscerum abdominalium hepatis, lienis etc.; uteri moles aucta, tumores scirrhusi, adeps multus, aquarum in abdomine collectio <sup>1)</sup>); spasmi abdominis; veneris abusus, coitus praecox, nimius, citissime celebratus <sup>2)</sup>), vitium masturbationis, pulmonibus clandestinas insidias parans; animi pathemata excitantia: gaudium, ira, deprimentia: timor, moeror <sup>3)</sup>) etc. huc demum et graviditas spectat.

### Causa proxima.

Magnum in penitiorae causae morbificae cognitione sanationis felicitatis arcanum positum est. Hinc

- 
- 1) Baillon memorabile exemplum juvenis haemoptoici phthisi proximi, diu remediis laudatis pectoralibus incassum tentati, serius autem sede morbi in abdomine cognita, remediis purgantibus diutius propinatis, ex integro restituti adfert. — Similes casus CC. Stoll, et Fr. Hoffmann citant.
  - 2) Frank recordatur feminae, quae licet corpore firmo, robustoque donata, quoties vero veneri aestiva sub caloribus paulo ardentius inserviebat, toties cruorem illico e pulmonibus eructabat.
  - 3) Aristobulus perempto fratre adeo moerore perculsus fuerat, ut cruorem ejiceret.

nec veterum nec recentium theoriarum subtiles idene contemnendae, quin potius ex utrisque succus ad illustranda haec, aut illa phaenomena, extrahendus sit.

In singulo igitur casu individuali momenta pathogenetica sollicitè eruere, ac per combinationem cum ipsis symptomatibus, causam proximam haemorrhagiae hujus, statum quippe dynamicum abnormem pulmonum, definire conamur. In nonnullis casibus adest solutio continui, seu diaeresis; cujus duae existunt species nempe: rhexis seu ruptura vasorum, et diabrosis a erosio vasorum ab acri chemico, vel ulcere pulmonum ichorem fundente. Huic statui abnormi olim frequenter supposito, causa proxima pneumorrhagiae adscripta erat; donec disquisitiones anatomico-pathologicae *cel. Bichat* aliorumque extra dubitationis aleam posuissent: rupturam et erosionem vasorum in cadaveribus hoc morbo denatorum rarissime conspici; ni forte vasa haematophora pulmonum bronchorum, tracheae, laryngis jam antehac aneurismatice vel varicose extensa, aut membranae eorum morbose emollitae fuerint; tunc utique sub motu corporis violento: saltu, lucta etc., sub vocis intentione nimia, post contusionem pectoris, abusum spirituosorum etc., subin ruptura talis contigit, subsequente haemorrhagia ominosa.

In longe pluribus casibus profecto locum habet haemorrhagia sine solutione continui, transudationis ope; et quidem jam per exiguos parietum vasorum sanguiferorum poros = diapedesis, jam per ostia minima e finibus vasorum haematophororum = anastomosis, seu rectius secretio morbosa, et reipsa plurimae haemorrhagiae non secus ac pneumorrhagia, hac ratione contingunt; in tali casu loco mucii, vaporisque in trachea et bronchiis, invicem vaporis, in textu celluloso pulmonum cellulas aëreas ac bronchia nectente, in statu normali jugiter paratorum, secretionem pathologicam eruor extrahitur. Secretio haec morbosa diversa est re-

late ad conditionem energiae vitalis eam sustentatis; cum autem haec triplicem gignat haemoptysim, causa quoque proxima triplex stabilienda erit. }

Pneumonorrhagia activa vitam pulmonum exaltatam, cum sanguinis circuitu accelerato, calore majore, cruoris indolem magis plasticam, monstrat. Profluvium vero per secretionem cruoris in vasculis capillaribus violentam inducitur.

In pneumonorrhagia erethistica major vasorum agilitas, cum deficiente statu phlogistico sanguinis adest; hinc sanguis majori cum impetu in vasa minora propellitur, haec vero minorem ei resistantiam offerentia diducit, forsitan etiam rumpit, unde sanguinis profluvium. Vascula capillaria, sanguini cum impetu venienti minorem reactionem opponere pulmonum contextus tener abunde probat.

In pneumonorrhagia torpida processus vitalis pulmonum langvet; energia vasorum imminuta sanguinis in pulmonibus accumulatio cum relaxatione partium obtinet; qua cruor plasticitatem exiguam offerens, tenuis, per laxos et diductos vasorum parietes exprimitur, per os vero profluit. Est etiam, ubi per laesionem mechanicam canalium haemoptysis inducitur.

### Exitus morbi.

Pneumonorrhagia vel in sanitatem, vel in morbum alium, vel in mortem transit.

In sanitatem abit pneumonorrhagia activa gradus mitioris. Haec enim ex natura sua, cum summo aegri levamine in sanitatem tendit, si recens, non inveterata, causis levioribus facile amovendis producta sit: sic morbus in individuo plethorico obveniens, dummodo causae haemorrhagiam augere valentes evitentur, non aecus ac epistaxis ex eodem fonte proveniens; — sic malum ex vicaria congestione in sequelam catameniorum, haemorrhoidum suppressorum exortum, in sanitatem nititur; —

hoc idem eveniet, si morbus sit simplex, idiopathicus, sub periodo evolutionis, et absque laesione continui exortus; — si sanguis amissus nec copia, nec frequentia nimius, aegri vires nedum exhausserit; — si dispositio haereditaria defuerit (Pinel). In phlogosi pulmonum haemorrhagia haec critica est.

Alios morbos praediligit haemoptysis, dispositione mala antea jam praesente, methodo perversa tentata, duratione protracta, sanguinis jactura notabili antecessa, huc trahendae: febris inflammatoria diutina, depascens, hydrops, asthma, phthisis, cachexiaeque aliae.

Morte demum terminatur pneumonorrhagia, per morbos secundarios insanabiles; vel si sanguis cum impetu ubertim e pulmonibus per os naresque prorumpat, calor animalis exaltatus, pulsus concitati, cordis palpitatio nimia, in pectore strepitus illi aquae bullientis similis percipiuntur, sub haemorrhagia vero continua sensus obfuscentur, aeger pallidus evadat, extremitates frigidae reddantur, pulsus minimi tangantur, sudor frigidus cum animi deliquio et convulsionibus ingruat; — aeger enim sub hoc rerum statu, incidit in asphyxiam, serius in mortem veram transeuntem; hic status a cel. Laenec Apoplexia pulmonum nuncupatur. Haemorrhagia talis omnium periculosissima, hominem intra paucas horas vita exuens, inducitur subin ob vasorum pulmonalium, ante jam aneurismate aut varice prehensorum rupturam; vel ob summam eorum laxitatem, et vitalitatem extinctam uti in febris putrida, scorbuto. Casus tamen pneumonorrhagiae talis rari sunt. Autopsia cadaverum similium sanguinem copiosum in tracheam, bronchia, saccos pleurae, frequentius adhuc in parenchyma pulmonum effusum monstrat. Lenta vero mors contingit, dum cruor quantitate minori, saepius tamen repetita ejicitur, organismusque successive viribus spoliatur: principio enim hocce vitali subtracto, vires magis magisque

labuntur, functiones energiam perdunt, usque dum insufficiente vitae stimulo circulus sileat, anima fugiat.

## P r o g n o s i s .

Pneumonorrhagia in genere morbum periculosum sistit, quod jam Pater Medicinae <sup>1)</sup> animadvertit, dicens: „sanguis sursum quidem qualiscunque fuerit malus“ item alio loco: „qui sputis cruentis detinentur ex his quidam brevi pereunt, quidam vero diutius vitam trahunt; praestat enim corpus corpori, aetas aetati, affectio affectioni, et anni tempestas tempestati, in qua aegrotant; alii enim morbos facile tolerant, alii prorsus tollerare nequeunt.“ — Minime vero profluvium ipsum, verum potius dignitas organi adfecti, motus ejus continuus, quo fluxus difficultur sistitur, causae excitantes, porro status morborum haemorrhagiam suffulciantes, et effectus seu sequela morbi, phthisis quippe pulmonalis organismo periculum minantur.

Speciatim autem pneumonorrhagiae prognosim determinant:

1). Character morbi. Activa enim pneumonorrhagia faustiores admittit prognosim, quam erethistica; haec vero laetiores quam torpida. Haemoptysis activa, absque peculiari organismi dispositione evoluta, cum febre inflammatoria aut pneumonia conjuncta, fontem in congestionibus localibus brevi durantibus agnoscens minime periculosa est; e contra febris valida, tussis intensior, dolor et anxietas magna, inflammationem validam, in suppurationem facile transeuntem indignant, prognosimque multum restringunt. Caeterum, quo rarius et minori quantitate sanguis expectoratur, eo plus boni est sperandum. Cum erethismo incedens pneumonorrhagia periculosior est, si in sub-

<sup>1)</sup> Hippocrates Aphorism. XV. — Sect. 7. —



jecto phthisico adsit. et frequentius recurrat, quam si hae conditiones defuerint. Torpida pneumorrhagia maximis premitur difficultatibus, praesertim si cum morbis aliis caractere putrido signatis adfuerit.

2). **Causa morbi.** Laetior itaque erit prognosis, si causae externae brevi tempore in organismum agentes, e. c. motus muscularis intensior, major adstrictio pulmonum, et similia, eandem provocaverint; infaustum e contra erit praesagium, si eminens habitus phthisicus praesto fuerit, aut si morbus per vitia organica viscerum cavi thoracis et abdominis provocatus et sustentatus fuerit: hinc periculo plenissima est haemoptysis, quae absque nota causa in individuis habitu phthisico instructis obvenit; aut quae per ipsam jam praesentem phthisim commota fuit; si nempe ulceratione in pulmonibus vigente vasculum sanguiferum unum aliudve erodatur, atque sanguis coloris ad pulverem laterum accedentis, pure vel ichore remixtus secesserit.

3) **Aetas aegri.** Metuenda igitur haemoptysis individua juniora, in periodo pubertatis constituta offendens, cum vasa pulmonalia hoc tempore firmitatem necessariam necdum consecuta sint, atque major sanguinis adfluxus, veluti sequela evolutionis tunc vigentis, in pectus obtineat. Viri 30—50 annorum cum minori detrimento morbum perferunt. Haemoptoë aetate proVectiore comparens plerumque sistit functionem vicariam haemorrhoidum, catameniorum a norma deflectentium, quo in casu prognosis, a restitutione faciliore, vel difficiliore morbi primarii vicariam functionem producentis, dependet. Cel. Richter observavit haemoptysim per viginti quinque annos, omni quarta septimana regulariter recurrentem, fluxumque menstruu supplementem, sequelis tamen malis destitutum. Caeterum etiamsi defuerit habitus phthisicus, rarissime similis haemorrhagia bonum sortitur exitum: facile enim sic orientur

desorganisationes pulmonum, quae serius ocys deplorandam reddunt aegri sortem.

4). *Constitutio corporis* — hoc respectu infaustum concedit praesagium habitus aegri phthisicus, in deformitate et coarctatione pectoris, nec non majori irritabilitate organorum spirantium fundatus.

5). *Sexus*. — Minus timenda est pneumonorrhagia in feminis, quam in viris; cum in sexu sequiore congestiones sanguinis in pulmones citius desinant, et ad partes gonitales convertantur. In feminis gravidis, ac puellis nondum menstruantibus haemoptysis non est periculosa; post partum enim, et catameniorum comparitionem, teste experientia silebit quoque ipsa haemorrhagia pulmonum, sanguinis cursu scilicet ad alias corporis plagas directo. Feminae aetatis adultioris (in annis climactericis) sputo cruento detentae, malum admittunt augurium.

6). *Quantitas sanguinis profluentis*. Licet quantitas sanguinis uno paroxysmo eliminati non adeo magna sit, atque rarissime uncias sex, octove superet, tamen si paroxysmus frequentius redeat, quantitas cruoris sat notabilis ejicietur. Accidit etiam (licet rarissime), ut per os justo major sanguinis quantitas ad semel eliminetur, in haemorrhagia nempe pulmonum proprie sic dicta; quo in casu symptomata majoris sanguinis jacturae sub ipso jam insultu in conspectum venient. Casus hic periculosior adhuc evadit, si vitia simul organica pulmonum adfuerint, nam cessante licet profluvio cruoris phthisis pulmonalis tamen frequentissime remanebit, aut (ut jam supra vidimus) suffocatio induci poterit.

Phthisim pulmonalem ex haemopto<sup>e</sup> triplici ratione oriri contendunt auctores, nempe: 1) laceratione vasculi unius alteriusve in pulmonibus, et per hanc inductum vulnus exiguum, motu pulmonum non interrupto, et continuo aeris atmosphaerici accessu non consolidandum,

sed inflammatum in suppurationem et exulcerationem transiens; 2) generatur phthisis eo, quod pars sanguinis coagulati in bronchiis residua facile corrumpatur; hacque ratione peregrini ad instar irriter, inflammationemque in suppurationem, ac exulcerationem nitentem causet; vel denique 3) non in profluvio, sed in ipso habitu malo phthisis fontem agnoscit. De his cel. Richter (in opere laud. Vol. III. pag. 226) sequentia adnotat: causae duae priores per se vix quidquam producere valent, frequenter enim videre est vulnera pulmonum iis haemoptysi inductis multo majora feliciter sanari; neque semper ejusmodi laceratio in pneumonorrhagia locum habet, vasa dilatata vero mox contrahuntur et clauduntur; neque a sanguinis coagulati retentione in bronchiis, et subsequa ejusdem corruptione quidquam timendum; pulmones enim sani et firmi residuum hocce mox eliminabunt. Secundum eundem cel. Auctorem igitur habitus phthisicus in haemoptysi plurimum pertimescendus; quove magis haec per illam inducitur aut sustentatur, eo minus eventus boni spes nos lactabit; nihilo tamen minus momenta duo priora attente lustranda sunt: fieri enim potest, ut effectus malos producant, infaustumque nanciscantur exitum.

7). Qualitas sanguinis eliminati. Faustior enim est prognosis, si sanguis spissus laete ruber, majorom crustam phlogisticam formans observatus fuerit, characterem namque activum pneumonorrhagiae indicabit; minus fausta autem est, si cruor laete ruber, tenuis, majori quantitate secesserit, morbum enim characterere erethismi stipatum denotabit; infaustissima denique, ubi sanguis tenuis, resolutus niger conspicitur, characterem enim passivum arguet.

8). Locus unde cruor profluit. Haemorrhagia enim ex trachea ejusque ramis levior est, quam ex substantia ipsa pulmonum; asť tracheorrhagia e vasis

majoribus laesis, vel diathesi scrophulosa praesente oborta phthisim trachealem plerumque comitem habet.

9). Symptomata pneumonorrhagiam concomitantia. — Malum est augurium praesentibus: tussi valida, dolore intensiore, fixo, thoracis, difficultate magna respirationis, anxietate, sputis porro purulentis; — feбри valida post haemoptysim ipsam perstante; pulsu parvo, frequente, contracto, rubore genarum circumscripto, sudoribus nocturnis, virium decremento; haec enim sunt totidem signa phthisis pulmonalis, aut vitiorum organicorum cavi thoracis.

10). Simplicitas vel complicatio cum morbis aliis. — Pneumonorrhagia igitur simplex mitior est, quam complicata; — in posteriore casu sors aegri melior erit, si morbi complicationem efficientes characterem energeticum praeseferant, quam si nota asthenica signentur; deleteria semper est complicatio, cum feбри putrida, et scorbuto, haemoptysis post catarrhos inveteratos, hydrothoracem, asthma, et alios chronicos organorum spirantium morbos evoluta semper ominosa est. — Denique et

11). Nisus in recidivas pro dignitate aestimandus erit. Quo frequentius enim recidivat haemoptysis, eo minus favorabile erit vaticinium.

## T h e r a p i a.

Cum morbus tam atro carbone notetur, oportet omnia superius excussa momenta attenta mente lustrare: amotio causarum disponentium, excitantium, principalem sistit indicationem, tum complicationum, indolis, modique profluvii simultaneus habeatur respectus. Cura itaque pneumonorrhagiae duplex erit nimirum: alia sub invasione, et alia hac absoluta.

## I) Cura sub Invasione.

Indicatio universalis sub hac est, ut circulus sanguinis in genere, sed vel maxime tamen in pulmonibus pacatior, tardiorque reddatur. Plurimum vero hic a prudentia et sagacitate Medici dependebit. Omnium primo cingulis, collaribus, thoraculis, corpus arctius stringentibus aeger spoliatur; ponatur in lectum temperaturae moderatae, optime pulvinaribus ex pilis equinis conflatis instructum, ita tamen, ut caput et thorax quidquam altius locata sint; tegmine obtegatur leviore, nec ab adstantibus, nec a medico ipso superfluis molestetur quaestionibus, postulando quidpiam nutu, aut brevibus denotet verbis; cubile ipsum sit moderate collustratum, temperaturae mediae, strepitus omnis absit; — quies corporis magna commendanda, animus commotus, quantum in viribus est, placandus; — potulenta tussim moventia vitanda. — Tractamen medicum proprie sic dictum varium est pro varia morbi indole: prout nempe pneumonorrhagia activa, erethica, vel passiva tractanda fuerit.

### A) Cura pneumonorrhagiae activae.

In casibus quibusdam sola therapia negativa proxime attacta, haemoptysim sopit; raro tamen intermissio diutina est, ut potius haemorrhagia iterum iterumque revertatur; idcirco therapia efficacior in censum vocanda est, qualis methodus antiphlogistica strictior, imo strictissima, in evacuatione videlicet laticis cruenti artificiali consistens, statuitur. Quo major febris, quo plenior, durior pulsus, quo vehementiores in pectore dolores, quo intensior tussis, eo major phlebotomiae necessitas; sanguis tussi expulsus, nunquam vetat venaesecionem, dummodo symptomata debilitatis, per majorem cruoris amissionem inductae: pulsus debilis, parvus etc. absint. Omnis potius conatus hic eo diri-

gendus, ut sanguinis fluxus sistatur, eique majore vi in pulmones ruenti alia directio concilietur, unde phlebotomia omni respectu, potentissimum erit remedium. (Quantitas sanguinis evacuandi debet accomodari constitutioni individuali aegri, et intensitati morbi; in multis casibus evacuamus sanguinem ab unciiis sex usque libram unam, in aegris debilioribus, tenerioribus saepe sufficit uncias quatuor, tres, imo duas evacuasse. Praeferunt alii sectionem venae in brachio lateris illius, in quo aeger dolores accusat, alii vero (inter eos et cel. Richter) in partibus remotis, extremitatibus puta inferioribus; posteriorum opinio magis probabilis est, cum per venaesectionem in pede susceptam sanguis ad partes inferiores alliciatur, dummodo vena sat ampla hunc in sinem seligatur: aliis in locis phlebotomiam instituere non est moris. Venaesectiones parvas, exploratorias a cel. Reil commendatas, cel. Haase aliique merito impugnant, quod revulsioni faciendae nequaquam sufficient. In haemoptysi, aliis ex profluvio suppressis (uti: fluxu haemorrhodali, menstruo) exorta praecedat detractio cruoris universalis, tum topice pro re nata ad pudenda, orificium ani, hirudines; vel ad internam femorum superficiem, os sacrum, perinaeumque cucurbitulae sanguinolentae adplicentur: succedet forsitan hac agendi ratione fluxum suppressum restituere, atque morbi periculum minantis sanationem procurare. Depletiones sanguinis topicae in aliis quoque casibus indicatae erunt: si nempe praemissis depletionibus universalibus aeger multum jam sanguinis perdidit, dolores vero pectoris cum respirationis difficultate ultro perstiterint; praeferruntur hoc in casu a nonnullis, cucurbitulae thoraci adaptandae. Hac ratione spasmus quoque solutum iri contendit cel. Richter.

Remedia interna consistunt in antiphlogisticis, emollientibus, mucilaginosi, oleosis. Ita exhibemus: decoctum hordei cum

oxymelle simplici, syrupo rubi idaei, succo citri, saccharo; aut decoctum althaeae, salep; vel emulsionem tenuem e seminibus cucurbitarum, melonum, cucumerum, amygdalarum dulcium; vel emulsiones oleas ex uleo amygdalarum, lini, aut ricini (Wendt et Handel). Optime autem haec decocta et emulsa tepide sumuntur.

Utiliter remediis proxime memoratis adjungimus Nitrum, ob vim suam solventem, refrigerantem, cruoris plasticitatem imminuentem. Cel. Spangenberg in illo casu, ubi pneumonorrhagia activa causam in retropulsis morbis cutaneis agnoscit, recomendat salem ammoniacum, cujus tamen usus majorem adhuc ac is nitri requirit circumspectionem. — Hujus loci etiam sunt: acida vegetabilia diluta, quae tamen, ne tussim moveant, nunquam sola, verum semper cum syrupo, saccharo, mucilaginis propinanda erunt, quo scopo: limonada cum multo saccharo, acetum, acidum tartaricum etc. multa aqua diluta, valent. Gastricismo, aut alvi obstructione praesente scopo congrue oecoprotica mitiora uti: Pulpae tamarindorum, prunorum, cassiae etc. cum enematis ordinantur.

Externa remedia huic characteri opitulantia sunt et derivantia, minime sistentia; talia autem erunt hirudines, pediluvia tepida, fomenta pedum calida, enemata moderate adplicata (ne mole majore, pressionem in pectus exserant).

Omnem hanc curam, congruo regimine diaetetico suffulciendam esse, nemo non intelligit. Dieta igitur sit stricte antiphlogistica, alimenta sine aromatis; jusculum tenue initio merum, dein cum hordeo perlato, oryza, pane molli etc. tardius vegetabilis e fructibus horraeis maturis, tantum in aqua coctis, sine vino, aromate; radices dulces, acidulo-dulces. Potus

maxime conveniens est aqua pura, vel eadem succo citri, cremore tartari, acido tartarico, et saccharo copioso addito, dulcificata. Maxima attentio, ut jam supra monui, in situm aegroti convertenda est; hic nempe sedentarius potius sit quam jaccens, adstrictio pulmonum, vociferatio, tussis inanis interdiciantur, stimuli physici et psychici arceudi; cubile aegrotantis sit temperatum, lectus duriusculus etc.

## B) Cura pneumorrhagiae cum crethismo.

Ante omnia scitu necessarium est, an etiam in hac specie sanguinis detractio institui possit? an eadem sit necessaria? an non semper noceat? Theoriae incitationis asseclae sanguinis missiones hic semper noxias praedicant; ast saepe occurrunt casus, ubi tota constitutio corporis, symptomata morbum praecedentia, concomitantia: pulsus nempe contractus, frigus extremitatum, urinae pallidae et alia, indolem morbi spasticam evincunt, et tamen extensive major activitas systematis arteriosi, cum congestione sanguinis ad pulmones majore, depletionem cruoris instituendam esse suadent. Momenta phlebotomiam indicantia a cel. Haase sequentia adstruuntur: 1) major sanguinis congestio in pulmones; 2) morbus recens aegrum antea non infestans — consequenter dispositio in eundem parva; 3) symptomata, quae haemorrhagiam e secretionem obtinere docent; 4) haemoptysis ex suppresso catameniorum aut haemorrhoidum fluxu; momentum ultimum, exceptiones innumeras admittens, minimi est valoris. Habitus phthisicus non semper prohibet venae-sectionem, ut potius in hac, unicum persaepe existet remedium phthisim praecavendi; nec rara occasio videnti, individua habitu dicto donata, depletiones cruoris absque noxa sustinere. Dantur tamen casus ubi debilitas magna omnem sanguinis missionem interdicit —



quare — omnes circumstantiae exacte pensitandae: habitus corporis, causae occasionales, symptomata morbi serio pervestiganda, momentaque venaesectionem indicantia et contraindicantia ex his desumenda; neque obliviscendum est distinctionis inter debilitatem veram, et apparentem intercedentis. Phlebotomia hic concessa mitior sit, rariusque ac in pneumonorrhagia activa, repetatur.

Remedia interna talia sint, quae irritabilitatem morbosam vasorum haematophororum, cumprimis pulmonalium imminuere valent; non est autem medicamen, quod vel in hac unica forma semper, et ubique indicatum foret. Cel Borsieri<sup>1)</sup> contra omnem pneumonorrhagiam maxime commendat aquam frigidam: ut nempe aeger omni quadrante horae, vel dimidia hora medio poculo aquam frigidam hauriat, et per aliquot dies ab omni alio cibo et potu abstineat; dumque usus internus aquae frigidae non sufficeret ad scopum assequendum, externe quoque fomenta ex aqua frigida diligenter renovata pectori adplicet. Nulli dubitamus, hoc remedium esse potens, et experientia multiplici probatum, ita in laryngorrhagia et tracheorrhagia fomenta frigida aqua vel ubi fieri potest e glacie, nivibus, adponimus collo, frustum glaciei imponimus ori, et haemorrhagia cessat. Minime tamen ideo, remedium hocce heroicum in omni haemoptoë svadebimus, observationes quippe tristes docuerunt, saepe noxiam esse hanc curam, ad applicationem enim illius cessat quidem profluvium, sed tardius insequitur raucedo, tussis sicca, aphonia, dolores in trachea, pectore, et subseque evolvuntur symptomata tracheitidis, bronchitidis chronicae, in phthisim nulla arte sufferendam transeuntis. Si ergo aeger in sudore constituatur, si a posteriori, vel ex relatione cognoverimus eum in catarrhos, rheumatismum valde di-

---

1) Borsieri Instit. med. pract. Vol. IV. pag. 33. 34.

positum esso — in simili casu usum aquae frigidae, veluti contraindicatum, interdicimus.

Talibus sub circumstantiis magis votis respondebunt emollientia blandissima — emulsiones tenues, acida vegetabilia diluta jam supra laudata; — longe frequentius adhuc acida mineralia prosunt, e quibus Cel. Göden maxime commendat acidum phosphoricum, — in casibus pluribus acidum sulfuricum dilutum, et in specie liquor acidus Halleri proficuus fuit. Exhibemus haec in decocto emolliente ad guttas 30, usque drachmam unam, cum syrupo rubi idaei. — Acida haec etiam eo, quod sanguinis qualitatem, in pneumonorrhagia vix non semper abnormem, corrigant, utilia sunt.

Ubi exaltata irritabilitas potius in nervorum statu abnormi (anxietate, inquietudine, frigore extremitatum, urina pallida etc. manifestanda) posita est, narcotica votis respondebunt. Cel. Harles<sup>1)</sup> hoc scopo oleum hyoscyami coctum forma emulsionis porrigendum, velut specificum celebrat; saepe plus praestant alia narcotica uti: caules dulcamarae in infuso aut decocto, extractum lactucae sativae, hyoscyami (Fr. Hoffmann), cicutae.

Digitalis purpurea testantibus J. P. et Jos. Frank comprobatae virtutis sistit pharmacum, quod specificè ferè exaltatam irritabilitatem systematis arteriosi deprimit, symptomata erethismi temperat, orgasmum et congestiones dissipat, pulsum liberiolem, tardiolem rariolemque reddit: exhibetur vero jam in pulvere, ad grani  $\frac{1}{4}$  imo et ultra pro dosi omni hora; jam in infuso. —

Opium sub maximo erethismo, tussi spasmodica, compositis praevie undis febrilibus, orgasmo pacato

---

<sup>1)</sup> Hufeland's Journal der practischen Heilkunde. IX. Band. 2 St. Seite 56.

existente, encomiis celebratur; datur forma pulveris, pilularum, a grano semis usque integrum; tincturae, a guttis 7—14 pro nycthemero; vel solum, vel combinatum cum Ipecacuanha (pulv. Doweri), acidis mineralibus.

Multum quoque aevo nostro Aqua laurocerasi et acidum hydrocyanicum in morbis viarum respiratoriarum a Medicis Italis, praesente cel. Brera, decantantur; ultimum in decocto emolliente ad guttas 4, 6—8 pro nycthemero effectu optimo propinatur. Haud raro, ubi haec incassum tentabantur, usus sacchari saturni in decocto emolliente a grano  $\frac{1}{2}$  — grana 3. interdum et cum opio combinati, prospero successu coronatus fuit. Remedia etiam Antagonistica, saepe sat cito haemorrhagiam talem sistunt: sic juxta complures cel. Auctores adhibemus Salem culinarem <sup>1)</sup>; drachmam quippe seu cochlear coffeaceum unum (salis) solvimus in aqua simplici, et omni bihorio talem dosim porrigimus. — Plus adhuc praestant: Sal amarus, sal mirabilis Glauberi, arcanum duplicatum eadem dosi concessi; — haec nempe remedia, stimulo salino tubum intestinale irritant, eandem vero in trachea et bronchiis excedentem antagonisticè compescendo, haemorrhagiam silere faciunt. Hissales ibi cumprimis indicantur, ubi alvus clausa est; praesente enim diarrhoea purgantia concedere nefas. Antagonisticis efficacibus adnumeramus et ipecacuanham, in pulvere ad granum 1 — 2 in 12 doses distribuendo omni hora, vel bihorio, ingerendam. Cel. Odier testatur ad profusam haemoptysim sufferendam utilissimum esse pulverem Carbon. vegetabil. ad drachmam unam omni bihorio; conducit praepriis hoc remedium

---

1) In Abhandlung für practische Aerzte. Band II. Seite 55; — Band XV. S. 478; — Michaelis in Richter's chirurg. Biblioth. VII. Bd. 581 Seite. — Rush medizinisch. Beobachtungen a. d. Engl. Seite 211.

praesente diarrhoea biliosa, ob statum hepatis irritativum. —

Remediis externis accensentur: clysmata emollientia ex oleo lini (Pringle); pediluvia tepida seminibus sinapis, cineribus, sale communi impraegnata: frictio pedum cum setaceo, sinapismi suris imponendi; cucurbitae siccae superficiei femorum internae adaptandae<sup>1)</sup>, vesicantia pectori, dorso, etc. applicanda. Sistencia magnam cautelam exposcunt: haec enim in genere haemoptysi per secretionem morbosam cruoris concitata non, eadem vero in anastomosi fundata congrue in usum vocabuntur; huc jam supra commemorata lotio cum aqua frigida, cum hac et aceto, vel ammonia pura liquida, fomentatio cum nivibus etc.; antispasmodica externa: — inunctiones linimenti volatilis cum opio, solutio balsami peruviani in spiritu vini etc. cataplasmata ex pulveribus flor. chamomillae, herb. melissae, roris marini, hyoscyami, cicutae cum vel sine vino parata.

Diaeta. Sub insultu cum eadem prioris conveniat, tum demum aeger nutriendus; — cavendo tamen ne alimentis nutrientibus obruatur, stimulantia angve pejus et cane fugienda. Optime autem perferet aeger diaetam mucilaginosam, decoctum salep, sago, jura carnis, ova sorbilia, gelatinam, carnes teneras, pro potu cerevisiam bonam. Generatim consultius est alimenta saepius, parca dosi, quam rarius et larga quantitate concedere.

### C) Tractamen haemoptysis passivae.

Haec varietas omnium periculosissima auxilium subitaneum exposcit; profluvium enim praecipue tractamini minus, quam reliquae species, cedit.

Medicamenta hic indicata sunt tonica adstringentia uti: radix tormentillae, bistor-

<sup>1)</sup> Hufeland's Journal der pr Heilkunde Monat Septemb. 1800.

tae, lignum campechianum, cortex peruvianus, etc. acida mineralia, imprimis acidum vitrioli dosi majore; — alumen jam in pulvere a granis 2—10 pro dosi singula, viribus tamen digestoriis bene vigentibus; jam in sero lactis, aut decocto adstringente propinatum; succus catechu, gummi kino; subin radix ratanhiaë (vires digestionis tormentilla etc. minus molestans) exhibetur in decocto ex unc. semis ad colaturam unc. octo parato, omni bihorio uno cochleari. Saepe saepius Cinnamomum in pulvere, aqua destillata, tinctura; solum, vel cum acido sulphurico diluto, aut tinctura opii simpl. junctim porrigitur. Paralyti instante remedia stimulantia, uti: Camphora, Moschus, rad. Serpentariae, flor. Arnicae, Aetheres, Olea aetherea, Vinum generosum: Tokayense, Agriense, Budense, vel juxta c. Selle nitrum in Spiritu vini rectific. solutum suam inventionem adplicationem.

Debilitate magis magisque increscente remedia quoque externa consulimus, qualia: stimulantia, paralyti opposita medicamina; sinapismi, vesicantia brachiis pectorique imponenda; linimentum volatile, spiritus camphoratus pectori infricanda; fomentationes pectoris cum aceto aromatico camphora imbuto, cum solutione aluminis, ferri sulphurici etc. Ubi nec haec prosunt, ligatura extremitatum fasciae ope instituitur, de hac cel. Jos. Frank (in praelectionibus Therapiae specialis) sic loquitur: „Sancte asserere possum, quod saepius dum nocturno tempore ad aegros „haemorrhagiam pulmonum patientes, ac animam fere „agentes vocatus fuerim, quum alia remedia praesto non „fuissent, optimum auxilium in fasciis, quibus extremitates superiores circumdabantur, invenerim“ — nunquam tamen diu permittenda ligatura, ne fors paralytis. dein vero gangraena inducantur.

**Diaeta** consistit in alimentis eupeptis, valde nutritivis, aromatice conditis, ut sunt: juscula carnis fortia, gelatina, cibi animales; pro potu aqua succo citri, aut acidis mineralibus dilutis remista, vinum aqua temperatum; aër cubiculi sit purus, subfrigidus, siccus crebro renovandus; effluvia putrida, vaporibus muriaticis, nitricis destruenda; animi, corporisque quies svadenda.

Cura pneumorrhagiae per laesionem mechanicam inductae, a priori vix differt.

## II) Medela Pneumonorrhagiae post invasionem.

Haemoptysi per methodum statui individuali adaequatam jugulata non illico cura omnis intermittenda: morbus enim facile revertitur; verum examen ulterius instituendum, ut diagnosis eo exactior reddatur, ut causae morbum producentes, sustentantes, recidivam producentes deliniantur; tum demum indicatio curae ad recidivam praecavendam, ab ipsis causis removendis desumenda erit. Non raro ob constitutionem aegri peculiarem, ob effectum potentiarum nocentium adhuc superstitem, dispositio in pneumorrhagiam activam manifesta est; in hoc casu methodus antiphlogistica mitior cum simili vitae regimine per tempus longius continuari debet; quamprimum autem prodroma pneumorrhagiae advertuntur, illico cruoris detractio suscipiatur. In talibus aegris omni anno, imo in non paucis omni mense semel, sanguinis missio moderata instituenda est; quae si per annos aliquot cum cautela necessaria administrata fuerit, morbus ominosus tandem radicaliter sanabitur. Ubi diathesis inflammatoria per sanguinis conditionem morbosam alitur, methodus solvens aestate imprimis in usum trahenda, valde proficua erit; talibus prodest verno tempore diaeta lactea, serum lactis, acidulae alcalinae, ut sunt: Szalatnyenses (in Hungaria), Bilinenses (in Bohem.), Selteranae (in German.).

Alias status dynamicus diathesim pneumonorrhagicam sustentans potius debilitatem praesefert: cognoscimus hanc ex habitu corporis, symptomatibus, indole potentiarum nocentium, et ex effectu remediorum adhibitorum.

Ad debilitatem sufferendam, ad irritabilitatem morbosam imminuendam cura pro diverso statu individuali varia adhibenda est: ita saepe acida mineralia (acid. sulfuricum, liquor acid. Halleri) longiore tempore sumi debent. — Ubi character nervosus dominium exercet, narcoticorum usus protrahendus erit; cuncta vero, quae sanguinis circulum celeriore reddere, congestionem in pulmones producere valent, sollicite arcenda sunt. Praesente debilitate majore methodus roborans congruum inveniet locum; aer purus siccus ruralis. subinde aer alpium, victus moderate nutriens animalis; pharmaca blande roborantia, ita: herba cardui benedicti, summitates millefolii, herba hederæ terrestris, urticae minoris, lichen Islandicus, cortex chinae etc.; prosunt quoque acidulae martiales mitiores, quales sunt: Ränkenses, Parádienses, Füredienses (in Hungaria), Egranae etc.; fortiores uti: Bartfenses, Lublovienses, Pymontanae, Spadanae in plurimis casibus sunt noxiae. Pneumonorrhagia symptoma febris intermittens constituens methodo cognita tractanda.

Ubi pneumonorrhagia per evacuationes habituales suppressas, aut morbos alios, praeprimis cutis, evanidos producitur et sustentatur, cura restituendis profluviiis, et revocandis efflorescentiis dermatis intenta esto. Haemoptysis in annos climactericos incidens, venaesectionibus parvis in pede faciendis etc. profligatur. Dum infarctus abdominales, et obstructio alvina morbi causam gerunt, solventia, purgantia mitiora: aqua Saischützensis, Pülana, clysmata-

ta Kaempfiana opem ferent. Sydenham contra omnem pneumonorrhagiam maxime celebravit equitationem, dicitque hanc contra morbum istum specificum esse tale, quale est Cortex in febre intermittente: procul dubio pneumonorrhagiae hac methodo compositae originem ab infarctibus haemorrhoidalibus repetebant, in quibus motum illum per equitationem concitatum utilem esse pervidimus; sed in haemoptysi alia, ut summe noxiam, disuadebimus.

Frequentissima causa morbi, uti et recidivae illius in refrigerio latet, ob cutis nimirum irritabilitatem magnam circulatio impeditur, congestio autem in pulmones major redditur; ideo ad recidivam hanc impediendam, irritabilitas cutis imminuenda; optima hoc scopo medela aqua frigida est, hac reconvalescens quotidie corpus integrum, praepremis vero pectus abluat, aestate in fluvio vel lacu. Alterum remedium a cel. Cullen propositum est vestitus laneus (ex flanel), quamprimum in autumno temperatura atmosphaerae frigidiuscula evadere incipit, aegris pneumonorrhagiae obnoxiiis talem commendamus amictum, quo cutim immediate obtegant, sic enim tantummodo refrigerium evitabunt; cuti porro in frictione continua existente, congestio sanguinis in eam potius sustentabitur, illa vero in pulmones impediatur; vestis talis usque aestatem incipientem portanda est. Hoc remedium prophylacticum est maxime efficax, observationibus felicibus ubique locorum probatum; subinde tamen ad recidivam praecavendam, ad congestionem et irritabilitatem in pulmonibus impediendam remedia efficaciora usuari debent, qualia: Cortex mezerei, empl. vesicat. perpetuum, fonticuli, setaceum, adplicando haec brachiis vel parti cuidam pectoris. — Ita per haec remedia statui individuali accomodata, plurimis in casibus pneumonorrhagiam sanare, recidivamque illius impedire valemus.

---



## L i t e r a t u r a .

- Fr. Hoffmann *Medicina rational. System. Vol. IV. P. II.*  
pag. 51 sq.
- Van Swieten *Comment. in Boerhav. Aphorism. T. IV.*
- Burserii *Inst. med. pract. Vol. IV. pag. 17 sq.*
- Cullen's *Anfangsgr. d. pract. Arzn. 2 Bnd. S. 234.*
- Vogel's (S. G.) *Handbuch der pr. Arzn. Wissensch.*  
5-ter Theil, Stendal 1800. Seite 42.
- J. P. Frank *Epitome de cur. hom. morbis T. V.*  
P. II. pag. 162 sq.
- Reil (J. C.) *Ueber die Erkennt. u. Cur d. Fieber*  
III. Band.
- Richter (A. G.) *Speciell. Therap. III. Band.*
- Raimann (J. N.) *Handbuch d. spec. mediz. Path.*  
und *Therap. Wien, II. Band.*
- Van Hoven (F. W.) 2 Bd. 1806. Seite 155.
- Spangenberg. *Ueber die Blutflüsse in mediz.*  
*Hinsicht. Braunschweig 1805.*
- A. E. Büchner (resp. Klisch) *Diss. de Haemoptysi sua sponte mortalibus eveniente Halae 1765.*
- P. H. Schroeder *Diss. de Haemoptysi in genere et*  
*speciatim ejus nexu cum varia adversa ex hypo-*  
*chondriis valetudine (resp. G. A. Gramberg)*  
Gölling. 1776 rec. in *Schroederi opusc. Vol. I.*  
pag. 306 sq.
- Reinhard's (T. E.) *Abh. von d. Lungenblutflüsse.*  
Glogau 1762. 8.
- H. J. E. Luther *Diss. de Haemoptysi. Witeberg 1783.*
- Car. Linaei *de haemoptysi. Upsal 1764.*

**Gutberlet et Reuss.** Momenta quaedam circa haemoptysim Diss. Wirceb. 1798.

**Guillemaut (JJP.)** Diss. sur l'hémoptysie, ou crachement de sang. 1802 Paris.

**Pignot (L. C.)** sur l'hémoptysie. Paris 1809.

**Hayne** — de haemoptysi. Vindob. 1806.

**Pinel, (Ph.)** Professor an der Universität zu Paris, von den Blutflüssen im allgemeinen, dem Blutspeyen und Blutbrechen. a. d. Franz. von **Renard und Wittmann.** Leipzig 1821.

**Haase (W. A.)** Ueber die Erkennt. u. Cur der chronischen Krankh. des menschl. Organismus. 1820. 2-te Aufl. 1 Bd. Wien 1830.

**T. D. Beer.** Diss. de Pneumonorrhagia. Vindob.

**G. Mádáy.** Diss. Inaug. de Haemoptysi. Vindob. 1823.

**A. Hackell.** Diss. Inaug. de Haemoptysi. Vindob. 1829.



# **T h e s e s .**

---

- 1. Dantur febres exanthematicae sine exanthemate.**
- 2. Arthritis a Rheumatismo multum differt.**
- 3. Medicamenta scopo praecavendorum morborum futurorum ad seriem potentiarum nocentium pertinent.**
- 4. Contagium psorae non propagatur per acarum scabiei Fabricii.**
- 5. Narcoticorum actio non positiva, verum negativa.**
- 6. Morbum epidemicum a contagioso probe distinguere oportet.**
- 7. Vena portae porta morborum.**
- 8. Hepar praeter secretionem bilis et assimilationi praeest.**
- 9. Venis absorbendi potestas denegari non potest.**
- 10. In sanguine putredo vigente vita obtinere non potest.**
- 11. In extractione cataractae sectio semilunaris corneae deorsum versus facta praestat tali superiora versus institutae.**
- 12. Ex funiculo umbilicali non deligato haemorrhagia lethalis oriri potest.**
- 13. Fluxus menstruus minus recte e plethora universalis optime ex topica uteri explicari potest.**
- 14. Homoeopathia multum veri et novi continet, dolendum tamen, quod verum non sit novum, et novum non sit verum.**

**DISSERTATIO**  
**INAUGURALIS MEDICA**  
**DE**  
**CHOLERA ORIENTALI**

**QUAM**  
**CONSENSU ET AUCTORITATE**  
**MAGNIFICI DOMINI**  
**PRAESIDIS ET DIRECTORIS**  
**SPECTABILIS DOMINI DECANI**

**ET**  
**CLARISSIMORUM DD. PROFESSORUM**  
**PRO.**  
**DOCTORIS MEDICINAE LAUREA**

**RITE OBTINENDA**  
**IN ALMA AC CELEBERRIMA REG. SCIENTIAR. UNIVERSITATE**  
**PESTIENSI**

**PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT**

**ALOYSIUS JACZ**

**HUNGARUS IGLÓVIA EX COMITATU SCEPUSI.**


**In theses adnexas publice disputabitur in Palatio Universit.**  
**Die 17 Decembr. 1831.**

---

**B U D A E,**  
**TYPIS TYPOGR. REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.**

— — si quid novisti rectius istis  
Candidus imperti, si non his utere mecum.

ANCIENNA



Horatius.

**ILLUSTRISSIMO**

**AC**

**REVERENDISSIMO DOMINO**

**JOSEPHO BÉLIK**

**DE DEZSÉR**

**MISERTAIONE DIVINA**

**EPISCOPO SCEPUSIENSI.**

# V I R O

PIETATE IN DEUM, FIDELITATE IN REGEM  
AMORE AC MERITIS IN PATRIAM  
CLARO

ERUDITIONE MANSVETUDINE  
HUMANITATE AC LIBERALITATE  
NULLI SECUNDO

SCIENTIARUM CULTORI, ERUDITORUM  
FAUTORI, NEC NON MAECENATI  
GRATIOSISSIMO BENIGNISSIMO  
EXIGUAS IAS LABORUM SUORUM PAGELLAS  
VELUT  
PRIMOS LABORUM MEDICORUM FRUCTUS  
IN

PERPETUAE GRATITUDINIS PIGNUS  
PIO VENERATIONIS CULTU  
DEVOVET

AUCTOR.

# Prooemium.

**T**erminato quinquenali Cursu, juxta Altissimam Resolutionem pro Doctoratus Medicinae Laurea rite obtinenda quemvis Obligatio manet, quidpiam ex universis Medicinae Scientiis describendi, Luci mandandi.

Quare Morbum sub nomine Cholerae orientalis venientem, terribilem, generi humano Excidium parare volentem, describendum occepi. Quam exiles in hoc Opere, ut quidpiam proferam novi, ut quid doceam sensi Ingenii mei teneras vires: ita ad quidquam in Generis humani, Patriae imprimis bonum contribuendum non mihi impar videbar. Utinam viribus materiam elegissem parem! selegi tamen Objectum cujusvis Civis, totiusque Civitatis attentione dignissimum, in cujus pertractatione multa studio, alia praeterivi nolendo. Quae de hocce propono Objecto non instar Dogmatum ut veritates omni ex



parte majores jacto; verum iis attentionem solummodo Civium in gravia salutis publicae mala justam dirigere adnitebar.

Quodsi vero medicum concernentia Judicium brevibus attigerim, spe dulci lator aequos Arbitros tenue hocce Specimen primorum laborum Medicorum non adeo criticae subjecturos menti.

Dabam Pesthini die 6. Decembris.







§. 1.

**C**holera Indica, Orientalis, Spasmodica, Pestis Indica. Est morbus specificus Spasmodico-Evacuatorius sub quo Aeger vomitu et diarrhoea materiae serosae vel albuminosae nimia quantitate contingentis corripitur, quae evacuationess nimiae Spasmsis, jam tonicis, jam clonicis conjunctae Aegrum in summum vitae discrimen conjiciunt.

§. 2.

Distingvas Spuriam quae sporadice, raris in casibus epidemice (a Sydenhamo 1669 observatam) a Genuina seu Epidemico-contagiosa Indica.

§. 3.

Cholera Spuria constituit Morbum satis strenuum, et impetuosum, qui interdum cum, interdum sine Febre conjunctus decurrit, et ratione praecipitis sui exitus acutam indolem non tam aemulatur, quam rectius praesentat. Talis in Europa ante introductam Choleram Indicam unice observabatur, quae in hominibus post ingesta quantitate, et qualitate peccantia, post morbose in Tubo Intestinali collecta, vel secreta eundem irritantia, aut per Refrigerium aliosve errores inducitur, comparat cum symptomatibus Febris Gastricae Synochalis, catarrhalis Rheumaticae aut Inflammationis viscerum abdominalium. Evacuationes per vomitum, et diarrhoeam contingentes non sunt ita copiosae, et vel ingesta indigesta (Cholera saburalis) vel bilis (Cholera biliosa) vel

serum, mucus (Cholera Rheumatica, Catarrhalis) eji-  
ciuntur accedentibus eodem tempore doloribus cardial-  
gicis, borborygmis.

Hae species non ostendunt proprietates illas chara-  
cteristicas Cholerae Epidemico-contagiosae proprias:  
frigus cutis intensum Universale, collapsus pulsuum et  
virium vitalium abest, dum spasmi compareant, hi non  
initio sed fini morbi se associant, decursus non est ita  
celer, et periculosus alia est natura morbi, alia cura  
(Köstler).

#### §. 4.

Cholera Epidemico contagiosa Indica in suo decur-  
su diversam exhibet faciem, pro diversa constitutione  
individuali, pro diversitate Climatis anni temporum, et  
momentorum pathogeneticorum, unde diversitas decur-  
sus in Asia, et Europa repetenda erit. In Europa quoad  
decursum duplicem observamus differentiam: vel rapi-  
dus vel magis temperatus incedit. Ubi decursus Morbi  
mitior est stadia plura quamvis non exacte distingvi  
possunt. Harles, Hinterberger Lichtenstädt 3, Solomov  
4, ab aliis auctoribus 2 vel nulla. Apud nos in Hunga-  
ria mitiori Morbus decurrens modo plura offert stadia  
nempe stadium Prodromorum, stadium Eruptionis, sta-  
dium Acme, stadium Reconvalescentiae.

#### §. 5.

Stadium 1-mi prodromorum (Hinterberger Köstler  
ect.) Initii, Invasoris (Harles) Characterisatur affectione  
systematis Nervosi, quae consistit in dedolatione artuum  
debilitate virium vitalium, capitis gravitate dolore te-  
mulentia, obnubilatione, uti esse solet post usum spi-  
rituosorum excessive haustorum, aut substantiarum nar-  
coticarum uti opii, vel post inspirationem gasis acidi  
carbonici, accedit susurrus aurium, cum bariecoia alter-  
nans, vigor et nitor oculi perit, accedunt visus halluci-  
nationes, facies collabitur, imaginem interni angoris,  
inquietudinis et tristitiae exhibens, somnus fit inquietus  
aut penitus deficit. — In sequelam affecti systematis

Nervosi, et systematis vasorum, et Digestionis officinae Turbae insequuntur; horripilatio, et calor volans cum doloribus extremitatum periodice recurrentibus improvi-  
 vise opprimunt aegrum, cutis pallida, fit frigidior transpiratio suppressa, sudor nullus, aut partialis frigidus frontem extremitates occupat, pulsus relate ad individuum parvus, debilis, segnior cum palpitatione, aut motu cordis tremulo oppressio pectoris inconsueta cum respiratione difficili, anxia, sensus doloris infra costas lateris sinistri et pulsatio venae pertarum caput suum extollunt. Adpetitus prosternitur lingua saepe pura et tunc nec sapor alienatus nec nausea aegrum affligunt, alias lingua muco spisso albo vel albo-flavicante tecta, cum sapore oris vario nectitur, in ventriculo sensus op-  
 pletionis, pressionis eum proclivitate ad vomitum, et nonnunquam nisus frequentior ad urinandum, Urina saepe parca, vel limpida, vel turbida lactescens. Hac periodo una vel ylores dejectiones alvinae sequuntur, quae sequentium characterem non exhibent, abdomen alias molle, vel tensus dolens, aut indolens targitur. Stadium hoc ab 1 hora usque 21 non raro et in plures dies excurrit et saepe nec in alia stadia intrat, sed in sanitatem abit.

Quamvis prodroma haec, mitiora videantur pericula habere maximam tamen Medicorum exposcunt attentionem, recte in hoc stadio in ipsorum potestate situm est, decursum morbi mitiorem efficere, aut penitus interrumpere, in specie dum ad adhibitum auxilium Caput liberum fit, pulsus fertior, cutis calidior et sudore perfundatur pressio in Eppigastro cessaret, sensus interni angoris dispareret spes valetudinis recuperandae constanter increscit.

### §. 6.

Stadium 2 Eruptionis (Hinterberger Köstler). Per-  
 formationis Incrementi (Harles). Prodromis pauciori vel longiori tempore durantibus saepe et his absentibus Cholera characterem suum specificum sat citto evolvit, partim priorum symptomatum incremento, partim novorum

associatione: frigus semper increcendo, cutis spoliatur sua vitalitate ita; ut non raro Extremitates instar glaciei tangantur, digiti harum in apicibus rugosi redduntur, Corpus totum siccum raro sudore, aut illo vel frigido, vel viscido perfusum; perit turgor, et color coeruleo-flavicans Marmoris instar variegatus superficiem vestit. Oculus amisso vigore, splendore in Orbitam relapsus semiapertus conjunctivam rubescentem pupillam dilatatam exhibet, qui anulo coerulescente cinctus aspectum tristem prodit, nasus acuminatur, livescunt Labia, verbo vultus sensum interni angoris gravem exprimens, non obscure Faciem Cholericam prodit (Harles), Pulsus cordis est tremulus, vel parvus, vel violentus irregularis, pulsus arteriarum subito collabuntur et saepe paucas post horas jam non percipiuntur, vel tantum filiformes, aut intermittentes. Sangvis nunc o vena missus coeruleo niger est, mox coagulum gelatinosum formans. Ob congestiones, Capitis affectus increscunt, vertigo, obnubilatio angentur, accedunt visus debilitates cum susurru et bariecoia acternantes. In genere miseri status sui Morbosi perfecte conscii sunt et saepe tantum ante mortem status soporosus accedit. Respiratio est difficilis suspiriosa, aëx exspiratus frigidus est, vox debilis minus apte resonans (Vox Cholericæ) lingua coerulescens frigida tangitur.

### §. 7.

Abdomen ut plurimum molle, et collapsum, tantum dum spasmi comparent rigidum, et ad umbilicum retractum, non raro tamen meteoretice tumidum tangitur, et borborygmi audiuntur. Aegros pressio, et plenitudo ventriculi, quibus se dolor urens quasi a carbone gliscente inductus adsociat et dolores intestinorum colici periodice recurrentes vexant; atque nunc contingunt Evacuationes, quae usque summam virium prostrationem continuantur. Ordo varius quo hae contingunt observatur, alias praegressa diarrhoea, vomitus, alias contrarium cernitur. Dejectiones alvinæ torminibus stipatae initio sunt foeculentæ, tardius scroso-albumi-

nosae, quae alias sine, instar aquae tepidae, alias cum doloribus, et ita acres ac si oleum fervidum decurreret impetu quodam ejaculentur. Vomitus antecedit magis sensus plenitudinis et pressionis quam nausea, qui spasmodica ratione liquidum serosum, alias ita acre, ut dentes stupefaciat, faucesque inflammet, rivo pleno ejiat, evacuatum continet initio reliquias ingestorum dein tenue mucis floccis mixtum, albescens saporis, odoris non facile describendi. Liquida haec serosa id characteristici praeseferunt, quod nunquam ut in aliis speciebus Cholerae bilem redoleant sapiantque (Harles Köstler) et quod ratione assumtorum longe copiosiora sint ita, ut plures Libras efficiant, quae simul probant, ac si tota massa organica in ichorosum illud fluidum resolveretur (Köstler). Liquida sunt ut plurimum albo-opaca, in raris casibus brunescens, nigrescens rarissime rubescens materia visa fuit. — Inter has evacuationes, quae momento silent et iterum revertuntur, vires citissime prosternuntur vitales, debilitas summa, respiratio difficilis insultibus asthmaticis stipata inducitur.

#### §. 8.

Nec tamen in omni casu vomitus et diarrhoea Diagnosis illustrant, gradum morbi designant, saepe deest vomitus, alias diarrhoea vel ambo deficiunt Cholera sicca (Hinterberger) vel tantum in gradu minori adsunt, et tamen morbus idem, idem flagitans auxilium (Lichtenstaedt). Frequenter deest se- et excretio salivae in cavo oris, mucis in naribus bronchiis, et urinae, alias vesica vacua, non raro frequentius urinant, alias retentio gravis locum habet. Sitis intensissima, desiderium erga potus aquosos frigidus, aut acidus inexplicabile, dolores nervosi extremitatum et affectiones spasmodicae his omnibus se fidos praebent comites. Durat hoc stadium a 6 usque 48 horas et sequitur

#### §. 9.

Stadium tertium Acme, quod Harles in duas Periodos; in Periodum Lethalem seu Mortis et Periodum Reactionis redivivae seu Criseos distribuit.



## §. 10.

a) **Periodus lethalis seu mortis**, manifestat se aucta priorum symptomatum intensitate. Per summam Factorum vitalium resuscitationem, oritur sensus ardoris, ustionis in cavo abdominis cum dolore intolerabili, et nisu ad vomitum et diarrhoeam, qui tamen sub hoc stadio saepe notabiliter mitigatur, raro deficiunt dolores periodici, et spasmi qui primo apices digitorum utriusque extremitatis occupant, et inde per totum corpus currendo donec maximum intensitatis et extensionis gradum nanciscerentur, spasmi initio clonici sunt mox tonici tardius mixtam ut plurimum sequentes formam: artus incipiunt tremere, musculi tenduntur dolentque, enascuntur tendinum subsultus, mox musculi pectoris et diaphragma spasmis tentantur, Tetanus non raro compareret universalis, Observavi spasmos convulsivos universales in muliere una tam atroces ut urinae et alvi evacuatio impetu quodam prosiliret et nulla pars corporis quieta conspiret (Harlesi Cholera spasmodica), sitis intensissima, inquietudo eoque augetur, ut situm eundem amplius retinere non possit, accedit corporis gravitas plumbea cum situ neglecto, os siccum, lingua coerulea, nigrescens, frigida crustis brunis tecta, fissa, similibus crustis nares obstructae conspiciuntur, sub anxietate praecordiorum summa, facies mutata oculos exhibens cavos collabitur, pulsus fiunt minimi, vix perceptibiles, sanguis e vena missus non evacuatur ita ut collapsus vasorum (Annesley Scott) omnino locum habere videtur, accedunt animi deliquia, respiratio intermittit, labia, ungues coeruleant, apices digitorum corrugantur et frigus marmorium totam obvestit superficiem corporis, sicque accedente torpore vitali, facies hypocratica tristem hanc claudit scenam et ita, die morbi 2 — 4 mors vitam obruit.

## §. 11.

b) **Periodus Reactionis redivivae seu Criseos**. Sub hac observantur mutationes in evacuationibus levamen

negro adferentibus, hae mutationes sunt signa, et effectus ipsius Crisis salutaris, tales sunt: cutis fit calidior, pulsus fortior frequentior, sudor universalis moderate calidus et perdurans, urina sedimento lateritio vel puriformi instructa observantur. Eodem tempore quo hae mutationes comparent, morbi ominosi symptomata imminuuntur, vomitus biliosus, et alvi evacuationes foeculentae adparent, ambo, uti et spasmi mitigantur cessant, mucus in crustas induratus in cavo oris narium emolitur, solvitur, sitis mitigatur, et aeger ab angore interno, et gravi pressionis et ustionis sensu liberatus, manifestae meliorationis physiognomiam ostendit. Saepe tamen Metastases periculosae morbi secundarii diversae formae Crisim malignam enunciant et aegrum per morbos posthuc enacant. Vide infra §. 20.

### §. 12.

Stadium quartum Reconvalescentiae. Hoc diverso tempore durat, ubi morbus cito decurrebat quin infau-  
stam terminationem aliquam petiisset stadium Reconva-  
scentiae breve est, in contrario casu contrarium quoque  
observatur. In hoc stadio symptomata Cholerae omnia  
dissipata sunt, observatur saepe ut Köstler vult desquam-  
matio cutis. — In genere debilitas longius permanet in  
organis vitae vegetativae et animalis, unde digestio,  
nutritio, sanguificatio lentius procedunt, omnis motus  
et adstrictio sensuum in- et externorum Convalescenti  
molestias parit. Si tamen processus vitalis penitus pro-  
stratus non fuerit, materia organica aliquam integrita-  
tem conservaverit, ex eodem fonte ex quo nutrimenta  
haurit, hauriet simul medicamina.

### §. 13.

Decursus morbi secundum stadia dispositi non est  
semper idem sed variat pro diversitate Individui, genii  
epidemici, clymatis, anni temporum et aliis momentis,  
unde fit ut stadia minus exacte distingui possint imo  
non raro deficiente stadio 1-mo illico 2-um aut bis ab-

sentibus 3-um sequebatur, imo in Asia non raro et apud nos tam celerem cursum exhibuit ut primis 6 horis sors aegri decerneretur Appoplexia sanguinea (Hubenthal). Frequentius tamen morbus in dies 4 — 7 decurrebat Cholera protracta (Harles). Quoad naturam duplicem distinguit Harles: Choleram indicam erethisticam subinflammatoriam spasmodicam, casus rarissimi sunt, in quo motus sanguinis minus impeditus et pulsus potius plenus, durus observatur, sanguis ruber pleno rivo e vena prosiliret, cetera symptomata synochae adessent, et Choleram torpidam putrido nervosam, ubi corpus absque omni vomitus et diarrhoeae signo refrigescit, pulsus cessarent, labia, ungues livescerent, cutis digitorum rugas contraheret.

#### §. 14.

### A e t i o l o g i a.

Ad morbum generandum Dispositio, et Causae excitantes requiruntur. In quo proprie Dispositio consistat certo non constat, in genere qui sensibilitate ac irritabilitate majori pollent frequentius hoc morbo corripuntur, in provocandam hanc dispositionem peculiaris Atmosphaerae Constitutio Epidemica magnum exerit influxum, in quo autem haec constitutio consistat Epidemica, non facile quis demonstrabit recte enim Haller monet „In's Innere der Natur dringt kein erschaffener Geist“ talem autem Constitutionem existere, jam nemo Medicorum in dubium vocat docet et observatio, qua constat nunc morbos fere omnes, jam ab uno anno characterem gastricum assumere. Ad causas praedisponentes quae excitantium instar etiam operatur, pertinent omnes illae, quae in functiones. Organorum digestionis perturbando influunt; ideo alimenta cruda immatura acida, aquosa in fermentationem ruentia sollicitate vitanda erunt, sic melones pepones cucumeres carnes pingves sale conditae vel fumo induratae, cerevisia acida, mustum, lac acidulum, abusus potuum spirituosorum inprimis vero animi affectus deprimentes, hi enim animum angendo vires vitales consumendo receptivitatem admodum exaltant,

enim vero Cholera quae sub influxu animi affectuum et abusu spirituosorum erupit, fere semper lethalis evasit (D. Richter). — Observationes porro docent, vitae genus mutatum, vestitum levioerem, temperaturae vicissitudines aerem humidum palludosum defatigationem exhaurientem, corporis vehemens exercitum, noctes sub Dio exactas Receptivitatem pro miasmate Cholerico admodum exaltare, et sic morbum ipsum generare.

### §. 15.

Dispositio et contagium ad morbi genesim requiritur. De origine hujus maxime probabilis est illorum sententia qui asserunt: Contagium salunde ad nos translatum quod ab omnibus aliis distinctum materiam subtilem inponderabilem exhibet, cujus proprietates instrumentis nec chemicis nec mechanicis definire valemus, sed tantum per effectus in Organismo productos cognoscimus, quae sub certis circumstantiis e morbo generata, variis viis in aliorum sanorum corpus translata similem ex quo praecedat generat Morbum in sui ubique generationem et multiplicationem nitens, adest in omnibus partibus praecipue in liquidis alvo et ore evacuatis, videtur parte volatili et fixa instrui, adhaeret animalibus vestibus mercibus et unitur simul Atmosphaerae, a sanis suscipitur variis viis, partim per contactum immediatum partim mediatum (Lichtenstädt Tilesius Loder et alii plures) Nonnulli Contagio naturam magnetico-electricam tribuunt et secundum horum Opinionem Fluvii adhaerere videtur et sic ulterius propagari dicunt. Res facile dictu sed difficillime explicatu, an contagium hocce affinitatem chemicam ad aquam habeat, an dynamice vel mechanice illi uniatur nil certi statui potest.

### §. 16.

Müller Vagner in opere Lichtenstädt pag. 103 et sequentibus et alii plures, Naturam contagiosam liquide negant, hanc suam opinionem pluribus periculis corroborare conantur dicentes: causam positam esse in pec-

cullari constitutione Atmosphaerae; quibus tamen omnibus nequaquam probatur morbum solum Epidemicum esse.

### §. 17.

#### Causa morbi proxima.

De hac maxima medicorum lis erat estque hodie adhuc: Lichtenstädt, Köstler qualitativam sanguinis alienationem. Lodez, Harles Tilesius pecciliarem systematis Nervoso gangliosi mutationem. Buck hypercarbonisationem sanguinis et inflammationes Tubi intestinalis partiales quas alii negant assumunt. — Ut decursus morbi, symptomata in vivo praesentia, et resultata sectionum ostendunt ad haec cum probabilitate redeunt: dispositione praesente, actione miasmatis Cholerae quacunque ratione et quacunque via suscepti peculiaris mutatio dynamico-organica inducitur in systemate ganglioso nervoso in omnia organa vitae vegetativae influente, et intimum cum systemate Cerebrali nexum fovente ob amicum autem hujus cum systemate Vasorum inprimis vero cum arterioso foedus, hujus vitalitas citissime quantitative et qualitative alienatur ex utriusque autem hujus principalis systematis affectu processus respirationis productionis sangvificationis se et excretionis pecciliari ratione pervertitur, ipsa massa sanguinis morbosam in qualitate alterationem hypercarbonisationem (Buckii) subit, qua fit ut partes fluidae a solidis separentur, fluidae variis collatoriis in tubum intestiualem deductae ore et ano evacuentur, solidae vero stagnationes in vasis superficialibus cutaneis, et in partibus minus impeditis congestiones producendo, cerebri, medullae spinalis, viscerum cavi Thoracis, abdominis oppletiones saepe partiales inflammationes causant (Köstler, Lichtenstädt) unde color pallidus, lividus, frigus cutis, lingua unguves coerulescentes facilem suum inveniunt explicatum, ob mutatam vitam nervorum se et excretio bilis, urinae fors et succi pancreatici et aliorum liquidorum pecciliariter abnormis redditur, in consensum trahuntur muscoli qui in feroees et involuntarias rapiantur actiones est necesse.

## §. 18.

## Prognosis et Exitus Morbi.

Morbus semel evolutus exitum nanciscitur diversum, vel in sanitatem, vel alios morbos, vel in mortem transit, et ideo prognosim habet variam, generalis hujus morbi prognosim non alia quam dubia sit oportet, morbus enim ad periculosissimos refertur, gravitatem illius historiae omnes ab omni tempore comprobant, uti et recentissimis temporibus tristis observatio docuit jam plures non tantum Asiae sed Europae regiones plurium millium suorum Civium enecatorum mortem lugent. — Morbus vere protheiformis, non tantum in variis sed uno eodemque individuo intra breve tempus varius, varias induit formas, varia offert phaenomena, varium progressum, mire variantes scenas, in hoc aegro levis invasio inprovvisa morte claudit malorum scaturiginem, in isto terrifica initia salutarem nanciscuntur exitum, ille praeter spem emergit, quem morbi gravitas damnare videbatur, alter perit, qui se vix aegrum existimat, tertium videns sanorum more ambulantiem mortis cadit victima. — Ancipite licet prognosi; tamen exitus in sanitatem probalis videtur, dum aeger ante morbi evolutionem sanus, robustus, nulla cachexia enervatus fuerit, tunc profecto authocratia naturae efficacior morbum facilius vincit, gradus morbi mitior, Therapia rationalis statim adhibita, et causarum exsiccantium aut exasperantium enervatio morbum facilius frangunt, decursum mitiorem, breviorum reddunt, quod ratio dictat, et experientia etiam probat. Quamprimum Crisis feliciter peracta est, de morbo superato gratulari possumus, signa Criseos benignae §. 11. nonnulli subito relinquuntur, a morbo non minus quam corripiebantur, quamvis debilitas praecipue localis unius alteriusve membri restare soleat (Lichtenstädt).

## §. 19.

Non semper Cholera penes felicem exitum, in sanitatem abit, apud nonnullos aegros debilitas diuturna

per menses durans remanet, alias subsequitur febris cum affectionibus inflammatoriis meningum, medullae spinalis, ventriculi Intestinorum, lienis, hepatis ultima frequentissime ubi irritabilitas Organorum Cholopoeticorum exaltata est (Köstler) diutissime perturbatae manent functiones Organorum digestionis ac chylificationis, saepe vomitus alias diarrhoea, quae per minimam alimentorum assumptorum quantitatem inducuntur, alias pertinax obstipatio, digestio languida gastralgia, enteralgia affectiones Organorum respirationis, tussis molesta, alias organorum uropoeticorum ischuria remanent. Saepe morbus transit in febrim torpidam, gastricam, vel colliquativo-nervosam non raro in febrim intermittentem. Quandoque functiones systematis nervosi turbatae conspiciuntur: dolores extremitatum, paralyses, spasmi sensuum in et externorum alienationes prodeunt, qui status morborum statu organismi normali redeunte mitigantur disparent saepe tamen et morte terminantur,

§. 20.

Infausta erit prognosis et exitus in mortem probabilis, si aeger fuerit debilis, exhaustus, cachecticus potibus spirituosus, animi affectionibus obnoxius, juventutis florem masturbationis crimine confecerit, ubi constitutio epidemica regnans per observationem cognita talis est, ut, non obstante Therapia rationali plurimi moriantur, ubi statim ab initio gravissima symptomata evolverentur, subitum dolorum atrocissimorum silentium induceretur, vel si extremitates torpescentes vehementissimo corripentur spasmu, alternatim mox convulsivam membrorum contractionem mox extensionem tetanicam efficiente, dum superficies corporis frigore universali perfunderetur, scrobiculum cordis, linguam occuparet, sudor frigidus colliquativus erumperet, cutis in digitis extremitatum in rugas componeretur, et spasmi in statum paraliseos abirent, vel dum cum signis adparentis meliorationis conscientia aegrum desereret, tunc mors non procul esse solet, quibus omnibus facies bypocratica tristem indicat, clauditque scenam.

## §. 21.

## S e c t i o C a d a v e r i s.

Per sectiones anatomico-pathologicas a Jänichen, Markus, Rinsky et aliis susceptas, in cadaveribus varia pro diverso quo aegri moriebantur stadio phoenomena observantur.

Cutis collapsa, sicca, in pluribus locis livida. In cavo cranii vasa et meningum, et cerebri sanguine atro viscido, spisso, turgida, saepe extravasatum glutinosum, serosum, vel cruentum, cerebrum saepe emollitum, in uno casu vagina medullae spinalis fuit inflammata. — In cavo pectoris, pulmões alias in statu normali, alias collapsi, longe frequentius tamen sanguine atro infarcti ita, ut substantia fuerit similis illi hepatis, cordis ventriculi sinus, et vasa majora in plurimis casibus continebant sanguinem atrum. In cavo abdominis vasa viscerum imprimis illa intestinorum sanguine atro extensa nonnunquam signa inflammationis, saepe magis pallida non raro parietes incrassati. In ventriculo ac tubo inestinali liquidum gelatinosum, saepe majori quantitate jam albidum jam turbidum, jam atrum bilis nullum vestigium. Hepar sanguine atro extensum. Vesica fellea bile fusca copiosissima repleta, ductus biliosi impervii constricti. Vesica vacua collapsa. Lotium variebat.

## §. 22.

## C u r a p r o p h y l a c t i c a.

Prophylaxis a diversis Auctoribus diversa commendatur, nec mirandum, nam non tantum pro inbecillitate humana quivis inventa sua maxime praediligit, eaque ubique commendat; verum etiam qui ab aliquo medio quidquam proficui expertus est, id ubique indicari aethumat. — Quam male autem sanitati suae consulant mortales remediis scopo praeservativo utentes, multis non est opus explicare: enim vero Organismus humanus sub usu illorum ad mutuam exaequationem magis accedens, directe tunc dum maxima horum ne-



cessitas foret nil amplius effectuant, et corpus serius ocius destructioni tradunt — nullum itaque stricte praeservativum datur, sed prophylaxis efficacissima consistit in recta vitae regiminis coordinatione, quae totidem remedia praeservativa constituunt, ideo

1. Peculiaris attentio in aërem atmosphaericum dirigenda est; hinc aër palludosus humidus, humidus et aestuans exhalationibus, aut aliis mephitim spirantibus impregnatus sollicitè vitandus; ideo curandum ut aër purus siccus conservetur, hinc cubilia ventilanda mane, et circa meridiem, aut fumigationes cum acetobis ter de die suscipiendae erunt.

2. Mundities strictissime servanda: ideo vestes frequenter mutandae, corpus a squalore abluendum erit.

3. Custodiat se homo a temperaturae vicissitudinibus, imprimis nocet refrigerium sudante corpore admissum, transpiratio cutanea suppressa unum ex momentis ad provocandum morbum principale est, ideo illa in aequabili tenore servanda, quod per munditiem, lotionem, frictionem, portationem vestitus lanci obtinebis, ideo potus diapnoici ex diversis menthae speciebus, melissa, floribus tiliae sambuci commendantur.

4. Singularis attentio in alimenta, et potulenta dirigatur est necesse. In genere cibi nutrientes digestu faciles aromatibus gratis mixti proficui sunt. Omnia e contra digestionem validam requirentia uti: fungi, pisces, carnes fumo induratae sale conditae, aut fermentationi obnoxia uti fructus immaturi crudi prohibentur. — Quod potulenta concernit aqua omnibus proficua, asuetis et spirituosa uti vinum, crematum bene conducit, nihil autem magis nocet quam ebrietas, exempla enim exstant helluones raro a morbo liberari, ita merito cerevisia, mulsum lac prohibentur.

5. Motus corporis moderatus in aura pura recenti, et labor viribus adaequatus, ut contra alios morbos: ita et contra hunc insignia sunt praeservativa, cavendum igitur ab adstrietione mentis nimia, a laboribus defatigantibus, somno quoque sua dignitas tribuenda, nocturnus merito praefertur diurno, nec tamen otio indulgendum.

6. Denique in his rerum adjunctis medici in erigendos suorum concivium animos opera inpendi debet, affectus ingrati vim vitalem deprimentes sollicitè vitandi, verum spes et confidentia in Creatoris misericordiam ponenda erit.

Haec profecto ut multiplici experientia confirmatum videmus, prophylaxim constituunt maximam, et observantia horum speramus fore, ut morbus terribilis flagellum generis humani constituens enervatus, velut in peregrino elemento suapte intereat.

### §. 23.

#### C u r a T h e r a p e u t i c a.

In Therapia rationali istius Morbi pertinacissimi et summam artis peritiam eludentis coordinanda, omnes ingenii nervos medicus intendat oportet, ut in casibus individuis convenientissimum curationis consilium adinveniat, non in omni casu individuali eadem remedia proficua sunt, sed diversa requiruntur pro diversa constitutione aegroti actione potentiarum nocentium diversitate clymatis, vitae generis — observatio fida docuit remedia, quae in Asia Russia Polonia felici cum successa adhibebantur in Patria nostra manifesto cum aegrorum discrimine tentarentur. — Quae ratio et experientia in gravissimo hoc negotio praecipiant nisi omnia fallant ad haec redeant quem in finem pluribus Indicationibus satisfaciendum erit.

### §. 24.

Indicationem primam desumimus a Causis morbum excitantibus et sustentantibus, Miasma igitur cholericum eliminandum foret sed hujus in aegroto praesentiam nulla indicant phaenomena et cognita etiam illius existentia remedium tale quod hoc praestaret, nondum noscimas, majori cum fructu obices causis sustentantibus morbum poni possunt, saepe certo per ingestionem alimenterum symptomata saburrae jam sursum jam deorsum versus turgescens reperiuntur atque tunc emeticum in

specie. Ipecacuanha quae simul in systema Nervoso gangliosum agit mira ratione prodest, saepe purgans exhibetur (Laezanov Tartarum Emeticum ad grana octo, aut purgantem ex Rhes at senna adhibet) alias Refrigerium locum habet ita ut transpiratio omnino suppressa sit, tunc diaphoretica eximiam ostendunt virtutem, saepe tamen talia phaenomena non praecedunt, sed morbus subito comparet, tunc

### §. 25.

Indicatio secunda poscit ut actio vitalis totius systematis nervosi et systematis arteriosi nec non venosi in parte peripherica cute nempe externa exaltetur, simul congestiones sanguinis a partibus internis exteriora deriventur. Ut hunc finem obtineamus multiplicia ab Auctoribus commendantur, ex quibus pro circumstantiis aegri diversis diversa remedia partim externa, partim interna adhibemus.

### §. 26.

Inter remedia externa principalem locum occupant Balnea calida (Loder Lichtenstädt Tilesius) vapores fervidi in cutem derivati, balnea vaporis Russica, summo opere commendantur vapores fervidi ex aqua, et aceto extricati, si ita adhibeantur ut caput aegri his non contigatur (Köstler) commodissime adhibentur aegrum sellae inpositum linteamine obvolvimus intra pedes vero vasi collocato tegulae calefactae injectae funditur nixtura Thea aromatica et aceto constans, secundum observationes recentissimas sudorem maxime prolicit aegrotum cado inpositum, et linteo tecto in spiritum vini phialae inter pedes locatae infusum accendendo, hac ratione aura in spatio clauso incalescit, et spatio trium minorum sudor potentissimus prorumpit, his actis pedes et manus aegri lecto calefacto inpositi pannis aceto, vino vel cremato fervidis irroratis obvolvimus, ut vero pedes tanto magis incalescant saculos arena aut cineribus calidis repletos diligenter renovando adplicamus maxima attentio necessaria, ne vapores in corpore conden-

sati refrigerentur. Interim sudor non in omni stadio proficuus est. quo vicinior morbus suae origini fuerit eo salutarior, quo remotior eo peior cum sanguinem ultimo suo sero spoliando hujus coagulationem et circulationis imposibilitatem producat.

### §. 27.

Remediis prioribus adnumeratur frictio totius Corporis, in specie Extremitatum tam superiorum, quam inferiorum cum pannis calidis spiritu camphorato irroratis, frictio et lotio cum aceto, lixivio, infuso aromatico, cremato, spiritu vini, infuso seminum synapis, et tinctura Cantharidum. Regioni eppigastricae cataplasmata ex herbis absyntii, lavandulae, serpylli, salviae. menthae contusis, et spirituoso quodam mixtis inponuntur. Huc spectat applicatio caloris sicci medio saculorum calidorum cineribus arena furfuribus vel herbis aromaticis repletorum, applicatio tegularum calefactorum ad plantas, convenienter hoc scopo ordinantur saculi cineribus calidis repleti quibus aegri pedes usque genua inponunt. Huc referuntur inunctiones unguentorum et oleorum stimulantium spirituum aromaticorum, quibus revivificatio cutis procuratur ita, ut spasmo cutaneo aut statu illius paralytico profligatis, se et excretio sudoris expediatur, talia stimulantia ex unguento aut oleo cui additur spiritus salis amoniaci causticus, oleum therebinthinae camphora, aether sulfuricus, tinctura cantharidum componuntur. Usus remediorum irritantium et derivantium uti nasturtii, alii cepae, synapismorum vesicantium curam bene inchoant optime claudunt. — Si cutis vitalitas ad imum jam prostrata fuerit, fortissima indicantur irritamenta: ferrum candens plantis pedum applicandum, combustio spiritus vini in parte paralytica, moxa secundum decursum spinae vertebralis, vel in regione eppigastrica instituenda, per haec omnia vitae jam ad extinctionem properantis renisus in morbum potentissime sollicitatur (Köstler), quodsi vero salutarem effectum non exerant, causam non in debili horum actione, sed in infracto renisu vitali quaerendam esse putarem.

Non raro sub stadio prodromorum, aut eruptionis omnia phaenomena indicant congestiones majores in cerebro medulla spinali pulmonibus, et aliis visceribus locum habere; ideo ad has derivandas, et ipsum circulum sanguinis expediendum remedium potentissimum quod in sanguinis evacuatione habetur nunquam negligendum est (Lichtenstädt Tilesius Köstler), quod non ut antiphlogisticum verum ut antiappoplecticum commendant. Interim sanguinis evacuationes nec ubique necessariae, nec ubique proficuae sunt, indicantur si capitis affectio gravior, rubor conjunctivae, sensus pressionis, pulsationis in cerebro, respiratio molesta difficilior cum sensu suffocationis, et internae anxietatis, pulsus cordis et arteriarum irregularis, tremulus, vel tumultuarius aut contractus se manifestaverint, his in adiunctis quo citius sanguis evacuetur, eo effectus salutarior esse consuevit. Copia sanguinis evacuati dependet ab intensitate symptomatum et constitutione individuali. Contraindicatur evacuatio universalis: si pulsus valde collapsus difficulter aut plane non percipiatur, extremitates instar glaciei frigerent et spasmis corpus rigesceret (Köstler).

Post sanguinis evacuationes universales, aut in minori morbi gradu evacuatio sanguinis topica instituitur, minoris momenti sunt hirudines, quae plerumque infantibus pro diversa affectione locali temporibus, pectori, aut abdomini, et pro diverso gradu morbi diverso numero adplicantur. Adultioribus plus praestant scarificationes in nucha aut spina vertebrali institutae; duplex per has commodum obtinetur, et evacuatio sanguinis, et irritatio cutis.

Ut huic indicationi responderet situm aegro seditarium et caput frigidis fomentis fomentandum suadet Köstler, asseritque ab adplicatione fomentorum frigidorum optimum effectum conspexisse in Gallicia. — Interim non in omni casu individuali haec indicantur, adhibita non in plurimis plus nocent, quam prosunt, ipsam cutis perspirationem ad morbi crisis ita necessariam

impediendo. Porro ad congestionem ab Encephalo derivandam se - et excretionem bilis determinandam Richter Tilesius et olii plures Calomelam ad grana 8 — 24 commendant. K stler, Loder et Medicus Hungari nullum prosum effectum contpexerunt, ideo a Calomela potius abstinendum.

### §. 29.

Ad remedia interna quorum actione prostrata systematis Nervosi, et Vasarum energia resuscitatur spasmi Extremitatum, superficiales cutanei, et musculorum involuntariorum componantur spectant stimulantia, stimulo volatili agentia, huc referuntur; Infusa florum, herbarum et radicum aromaticarum, uti ex floribus Chamomillae, Tiliae, sambuci, arnicae, exherbis Melissa, pulegii, serpylli, menthae crispae, piperitae, e radicibus angelicae, serpentariae, valerianae parata. In gradu debilitatis majori, et spasmi gravioribus tum tonicis, tum clonicis indicantur adhuc efficaciora nti: camphora, castoreum, moschus, diversi aetheres: aether aceticus, sulfuricus, nitricus, spiritus salis dulcis, spiritus nitri dulcis praeparata diversa amoniae: spiritus salis amoniaei causticus, lavandulatus, anisatus, sal volatile cornu cervi, liquor cornu cervi, cortex cinnamomi et diversa illius praeparata. Huc spectant olea essentialia, oleum menthae piperitae, oleum destilatatum chomomillae, oleum cajeput, oleum animale Dipelli ad guttas 3—10 exhibenda, Cuncta haec remedia in connubio cum mucilaginoso, saepe et cum alterantibus antispasmodicis uti Ipecacuanha exhibentur, magisterium Bismuthi a D Leo propositum non eam quam defendebat exhibuit efficaciam. — Relate ad potulenta mucilaginoso aromatica et acida dilutaquae summuntur notandum, quod parva sed repetita dosi, et calida hauriri debeant.

### §. 30.

Peculiaris attentio dirigenda est in vomitum, et diarrhoeam, ut symptomata status convulsivi ventriculi, et tubi intestinalis morbosa irritabilitate et sensibilitate

peceantium. Ad hos status componendos indicantur mucilaginosae: Decoctum radicis althaeae salep. — In hoc casu omnium facile princeps opium est quod satus supra dictos compescit optime, adhibetur vel purum, vel extractum illius aquosum, aut tinctura, in exhibitione substantiae hujus summa opus erit circumspectione; quamprimum vomitus, et diarrhoea imminuntur ob influxum noxium quem opiata in encephalon et mixtionem sanguinis exerunt, ab ulteriori usu abstinebis. Dosis remedii hujus vere heroici a variis varia commendatur, Medici Angli, Richter, Wagner ad medium granum omni bihorio sumendum, Köstler Tilesius et plures alii granum semis usque unum pro nyctemero commendant, adhibentque in decocto mucilaginoso, aromatico, cui Tincturae opii simplicis, vel Laudani liquidi Sydenhami guttas septem, usque viginti addunt, saepe opium in substantia, longe frequentius in connubio cum pulvere radicis Ipecacuanhae exhibetur, ne vomitu praepostere evacuetur in forma linctus porigere a ratione non abhorrebit, aut in decocto mucilaginoso furfurum, althaeae salep forma clysteris intestino recto injicere, qui parvis quantitibus sed repetitis vicibus adplicantur, eo magis quod clysmata haec mucilaginosae ad molesum imminuendum tenesmum indicata sint. Köstler in hoc casu commendat extractum nucis vomicae analogae ratione ut opium agens.

### §. 31.

Indicatio tertia exposcit: ut qualitativa sanguinis alienatio per morbum inducta pristino suo restituatur vigori. Hanc indicationem executioni dare saepe non valeamus, cum Ars non raro ita debilis sit, ut momento enatam qualitativam sanguinis alienationem corrigere nulla amplius ratione valeat: nihilominus tamen ut sanguis e vena missus, sectiones cadaverum doceant, ratioque suadet; consistere sanguis videtur in principiorum phlogisticorum ad resolutionem pronissimorum abundantia, ad hunc igitur mor-

bosum sanguinis statum mutandum apprime indicantur acida tum vegetabilia, tum mineralia tam externe quam interne adhibenda.

Externe adplicantur vapores aceti fervidi methodo jam exposita §. 27., lotiones, fomentationes cum aceto vini, aceto aromatico calidis, cum solutione diluta acidi muriatici sulfurici Chlorinae.

Interne saepe adhibetur acetum calidum dilutum in vehiculo aromatico, hoc scopo convenienter adhibetur acidi muriatici oxygenati drachma una in decocti emollientis hordei matlthi altheae salep libra una, vel acidum vitrioli dilutum, vel elixirium acidi Hallerii, atque sub his rerum circumstantiis methodus ab Anglo Hoppe commendata multum praestare videtur, quam Medicus Hungarus Öri cum modificatione quadam felicissime tentavit Rpp. mixturae Hoppianae (ex acidi nitrici fumantis drachma una aquae menthae piperitae uncia una, tincturae opii guttis 40 compositae) scrupulos septem decocti radice altheae ex uncia semis parati uncias septem omni bihorio medio vasculo coffeaceo summendum.

Ubi vero paralysis systematis nervosi, et resolutio massae sanguinis majorem nacta fuissent gradum, sicque vita in primis suis germinibus sufflamminaretur, mirum nobis non videbitur Choleram Orientalem omni arte rebellem morte terminari.

### §. 32.

Indicatio quarta et ultima praecipit: ut periodus convalescentiae debite tractetur, superato enim morbo non semper obtata redit sanitas, non raro sequuntur febres cum affectionibus inflammatoriis Encephali, pulmonum, ventriculi, hepatis (Richter Köstler) tunc methodus antiphlogistica indicatur. Frequentius febris gastrica, nervosa nervoso-putrida cum propensione in torporem, tunc stimulantia antiseptica cum Roborantibus chinaceis exhibentur. Saepe vomitus et diarrhoea ob majorem irritabilitatem tunc extractum hyosciami opium Ipecaucanha, saepe ob debilitatem tunc radix co-



lombae ferrum bene conducunt. Saepe pertinax alvi obstipatio ideo leniter purgantia uti tinct Rhei aquosa cum aqua aromatica, carbonas magnesiae, oleum Rhicini, amygdalarum indicantur. Ischuria remanens nullam peculiarem attentionem meretur, semper observatur si evacuationes per vomitum et diarrhoeam In gradu majori adfuissent, et probabilius ab elementorum serosorum pro secretionem urinali destinatum inopia dependet. Non raro remanent paralyses sensuum externorum Extremitatum, aut spasmi tunc stimulantia anodyna antispasmodica commendantur.

### §. 33.

Superato morbo cura eo convertenda est, ut Recidiva praecaveatur, hunc in finem convalescens regulas diaeteticas superius memoratas §. 23., 1—7 donec pristina redierit virium firmitas, eo strenuus observet est necesse, quod malum perpersum secus, et quidem majore cum vehementia recrudescere soleat.



## Auctores praecipui.

- Dr. G. R. Lichtenstädt. Die asiatische Cholera in Russland 1830, 31, Berlin 1831.
- Dr. A. L. Köstler. Aus der Erfahrung geschöpfte Andeutungen zur Erkenntniß und Behandlung der epidemischen Cholera. Wien. 1831.
- Die Indische Cholera nach allen ihren Beziehungen von Dr. Ch. Fr. Harles. Braunschweig 1831.
- Dr. Tilesius. Ueber die Cholera und die kräftigsten Mittel dagegen nebst Vorschlag eines großen Ableitungsmittels. Nürnberg 1830.
- Dr. H. W. Bucks. Geschichte der Cholera. Hamburg 1831.
- J. Ch. v. Loders. Ueber die Cholera = Krankheit ein Sendschreiben mit Zusätzen. Königsberg 1831.
- Joseph Hinterberger. Abhandlung über die Entzündung des Rückenmarkes und Beiträge zur Erforschung der Cholera morbus. Linz 1831.
- W. G. Tilesius v. T. Neueste ableitende Behandlungsart der krampfartigen Cholera asiatica. Leipzig 1831.
- G. J. Uffer. Versuch einer Darstellung der Cholera-morbus etc. Pesth, 1831.-
- M. Lenhossék. Animadversiones circa curandam Choleram orientalem et alios epidemicos morbor in Regno Hungariae nunc vigentes. Budae 1831.

# Theses.

1. Cholera est morbus Epidemico-contagiosus.
  2. Morbi oriuntur novi, antiqui evanescent, aliorum complurium natura, forma, intensitas cum tempore multum mutatur.
  3. Fons medicinae alter experientia, alter ratio.
  4. Vita animalis et vegetativa ex eodem fonte scaturiunt.
  5. Vis naturae medicatrix non evertit medicinae necessitatem.
  6. Plus praestat qui praecavet, quam qui sanat morbum.
  7. In acutis morbis nihil ultra praestare valemus, quam salutare adjuvare crises.
  8. Scrophulae et Rachitis sunt morbi distincti.
  9. Eodem quo conceptio locum habet momento foetus vita instruitur atque hinc
  10. Quicumque quocumque foetum tempore expullerit, homicidii reus erit.
  11. Extractio Cataractae omnibus aliis palmam praeripit.
-

SPECIMEN

INAUGURALE MEDICUM

SISTENS

**A M E N O R R H O E A M**

QUOD

CONSENSU ET AUCTORITATE

MAGNIFICI DOMINI PRAESIDIS,

NEC NON

INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE

IN

ALMA AC CELEBERRIMA

REGIA SCIENTIARUM UNIVERSITATE HUNGARICA

DUM

GRADUM DOCTORATUS MEDICINAE

RITE CONSEQUERETUR

STRENUAE ERUDITORUM DISQUISITIONI

SUBMITTIT

**MICHAËL BAKOS.**

---

Thesis adnexae publice defendentur in majori Universitatis  
Palatio die Junii 1834.

---

---

B U D A E,

TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.

1950

MEMORANDUM

TO: SAC, NEW YORK

FROM: SAC, NEW YORK

SUBJECT: [Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

[Illegible]

## Proëmium.

**A**ntequam tractatum de amenorrhoea adgrediar, factam paucis uteri eiusque sub auspiciis emanaturae menstruationis regularis mentionem praemittere, mihi haud abs re videbatur: nam plurimarum aerumnarum per mensium anomalias se se manifestantium impetu pro campo in misera subjecta saeviendi, uterum agnoscit. Porro organon hocce singularis irritabilitatis, ac sensibilitatis particeps, peculiaris individualitatis caractere notatum, certa aetate periodice cruentum e sinu suo dimittens fluxum; hinc homini praerogativam tribuendo, vi cuius iste e medio bestiarum eripi, altiusque in regno animalium locum sibi collatum jure tenere cupiens; ideoque uterus ac menses merito illius attentionem exposcunt.

Est enim uterus organon generationis, cunctis systematibus organicis vitae vegetativae propriis eminenti in gradu dotatum, exinde emergente summa energia vitali praeditum, foetuique evolvendo, ac nutriendo dicatum.

Miram huius organi functionem si quis sincerius consideraverit, non solum vegetativam, sed et aliam a priori longe differentem, specificam quamdam vitam, illi merito adjudicabit. Nam sub processu evolutionis suae, diversum metamorphoseos gradum videtur uterus subire. Adeoque, qui cum Cel. Siebold consentire vult, tria stadia metamorphoseos utero competentia admittere debet; et quidem:

orgauon hocce a primo formationis momento, dum altius ad sexus evigilationem tenderet; praeter exigua vitae inferioris indicia vix alias exerit manifestationes; atque tunc uterus in metamorphoseos stadio primo videtur constitui.

Ab hinc vitae sexualis energia exaltata, inductaque graviditate, eluctatur uterus ad summum potentiae fastigium, qua, ut in maximo perfectionis statu uterus alterum tenet metamorphoseos stadium, quo durante, non solum socia organa genitalia freno tenere; sed et universum organismum potenti suo imperio subjicere conatur. Quis enim ignorat gravidas a contagiiis, aliisque morbis epidemice regnantibus persaepe intactas manere? Foeminae a teneris valetudinariae, farragine medicaminum frustra lacescitae, non nisi graviditate inducta, concessis frui poterant induciis, qua absoluta iterum pristinus revertebatur aerumnarum status. Mulieres hystericae praeter tempus graviditatis quaelis suis molestissimae, foetum utero gestantes ab his abstinere.

Denique uterus curriculum destinationis suae perficiens, proximis aunis climactericis desinit ab eliminatione periodica superflui humoris nutritii foetui destinati, cui ille amplius procreando impar, relabitur in stadium ultimum, primitivo fere analogum; ubi processu metamorphoseos systematis uterini cessante, functioni suae finem imponit.

\* \* \*

Menstruatio est conamen organismi muliebris per se graviditatem molientis, incipiens cum pubertate, et cum sterilitate desinens, quo simul superabundans humor nutritius, secus sub graviditatis, ac lactationis tempore nutriendo foetui (vel infanti) impendendus, ut superfluus, eliminatur. Hinc gravidae, ac lactentes de regula utero

nunquam purgantur; quamvis apud Hallerum non desunt exceptiones.

Auctorum, quae de quorundam brutorum menstruatione adferuntur observationes, admodum vacillant: mucosus enim, tempore aestri venerei e genitalibus brutali instinctu exaltatis, excretus latex nimis vagus, parcusque, omni periodicitate destitutus, mensium nomine insigniri haud meretur.

Tempus, quo menses e pudendis muliebribus erumpunt, a diversis circumstantiis dependens, admodum variat. In gelidis regionibus puellarum menstruatō aut nimis tarde, aut (quod fabulosa esse videtur relatio de integris gentibus tota vita catameniis destitutis) nunquam, aut ut ut Linne vult Lapponibus foeminis solum aestate redire menses. Sub zona torrida puellae utero multo citius purgantur; ita, ut anno aetatis 8°, 10° jam matres sint. Apud nos sub zona temperata, communiter anno aetatis 13°, 16° saluntur puellae catameniis.

Attamen sicut ubique, hic quoque valet illud effatum: nullam regulam esse sine exceptione! nam diversae potentiae influxum suum in corpora organica sub certis conditionibus exerentes, functiones eorundem multum modificare solent. Hinc sub eadem zona temperata, imo sub ejusdem provinciae coelo, virginum menstrationis eruptionem multum variare notum est; ita, ut eadem modo accelerata, modo retardata, in individuis ejusdem soli beneficio fruentibus, observetur.

In genere de menstruorum eruptione accelerata haec valent: quo citius organisatio summum evolutionis gradum attingit, eo citius apparent menstrua; hunc organismi conatum adjuvare videntur: temperamentum sanguineum, educatio mollior, familiaritas cum sexu masculino major, aromatibus condita alimenta, spirituosorum, purgantium stimulantium promiscuus usus etc.



Menstruationis eruptionem (non tamen morbosam, de qua inferius dicetur) retardant praeter influxum climatis frigidi, aliae quoque potentiae; sic temperamentum phlegmaticum, melancholicum, morbi praegressi infantiles graves, vita laboriosa rustica, animi affectus deprimentes, ut tristitia, amor infelix etc.

Mensium eruptio perfectam systematis uterini evolutionem nos edocere videtur, cui latice cruento nutricio (ut supra vidimus) inde a conceptionis momento, usque extremum lactationis terminum, opus est, fructificationemque eousque possibilem fore: quousque menses in statu ut ut normali, perseverant. Fida tamen observatorum experientia non paucos sistit nobis casus, apud magnum Boerhave, et Haller, foeminarum omnis menstruationis expertiam, quae tamen matres eluctabantur.

Terminum assignare, quando menses de lege cessare debeant, tam arduum est; quam eorundem medium tantum initii tempus determinare. Regula tamen esto: quocitius menses stillare inchoant, eo citius iidem manare desistunt, et vicissim. Non desunt tamen exempla mulierum, quae in seram usque aetatem menstruabant. Tales foeminae aut perpetuos habuere menses, aut quibus secunda juvenus quasi contigit, post annos 50, 60 peperere.

Finis menstruationis jam patet e supra dictis. Fontes vero ejusdem procul dubio vasa uterina, imprimis autem arteriae ejusdem nominis, (ut prima omnis se, et excretionis causa ex quibus catamenia menstruae scaturiunt.)

Causa tamen proxima huius fluxus, et refluxus periodici quae sit? ut diversissimas, ab antiquissimis inde saeculis ad nostra usque tempora, per varios eximii ingenit auctores prolatas sententias reticeam: lubens profiteor, nos ad tam profunda naturae penetrabilia, per venire hucadusque haud potuisse.

---

## Amenorrhoea.

Hanc vocis significationem diversi auctores ad diversos quantitative imminutae menstruationis status morbosos adplicare volunt; sic: quidam solam ad tempus pubertatis restrictae menstruationis eruptionem remansioem; alii in adultioribus jam vigentis (exclusa tamen graviditate, ac lactatione) mensium fluxus suppressionem; plures denique utramque mensium abnormitatem uno quasi hoc nomine comprehendere volunt.

Nos autem cum plurimis aliis illam morbosam menstruationis rationem generico hoc nomine insignire volumus; quae vi legum naturae aeternarum, dato tempore, aetate, ac constitutione, e genitalibus foemineis excerni debuisset; at haec aut relative immutata, aut quantitative imminuta, retardata, laboriosa, pauca, aut suppressa evasit.

## Divisio Amenorrhoeae.

Normale fluxus menstrui silentium, ut supra memini, hic praetereo, ad illam solum mensium alienationem modo reflecto animum, quae relate ad tempus eruptionis, vel quantitative imminuta peccat. Ad primum pertinet mensium retardatio, ad secundum a) mensium dolorifica laboriosa et pudendis eliminatio. b) menses pauci, et c) menses suppressi.

Hinc sequentes ut species amenorrhoeae sponte fluent, quarum singula post Cel. Swediaur, et Cullen speciatim sic definitur:

### *I. Ischomenia puberum, Menses retardati.*

Menstruorum fluxus deficiens tempore pubertatis, quae alias, more in diversis climatibus consuetudo, apparere solent, cum symptomatibus morborum variis.

### *II. Ischomenia adultarum Menses suppressi.*

Menstruorum fluxus antea regularis, suppressio partialis (de qua alibi), vel totalis citra graviditatem, ac lactationem; ut plurimum cum gravitate, aut dolore lumborum et hypogastrii, cephalalgia, ac dyspnoea generali, aut affectionibus topicis juncta variis.

### *III. Dysmenia, Menses difficiles, laboriosi.*

Menstruorum fluxus solita periodo regulariter apprens, sed dolorificus.

### *IV. Oligomenia Menses pauci.*

Menstruorum stillicidium quidem adest, sed relate ad aetatem, et consuetudinem nimis parcum, aut in periodis suis servandis intermittit, (quibusdam menses rari, aut inordinati).

## Symptomata Amenorrhoeae.

Multa sunt symptomata, quae amenorrhoeae speciebus admodum communia sunt. Ne tamen multifaria eorundem apud singulam speciem occurrentium enumeratione

ingenium onerem, omnia amenorrhoeae phaenomena sequenti enumerare constitui serie:

1. Symptomata a systematis nervosi affectione derivanda: sensus debilitatis, defatigatio- nis, ponderis imprimis in extremitatibus, sensus frigoris, ac ardoris in variis corporis partibus; dolores vehementes, spasmi diversi, deliria animi deliquia, hysteria, epilepsia, catalepsis, paralysis diversarum partium, apoplexia, et aliae nervorum affectiones.

2. Symptomata a systemate vasorum affectione derivanda:

a) A congestione sanguinis ad diversas corporis partes ut: pressio in pectore ac abdomine, imprimis autem in regione sacrali, anxietas, palpitatio cordis, pressio ventriculi, appetitus depravatus, digestio lenta, aut sufflaminata, nutritio parca, hinc diversae cachexiae, ut chlorosis, hydrops, haemorrhoides, arthritis, icterus et aliae affectiones.

b) a secretione vicaria derivanda et quidem frequentissime epistaxis, varius haematuria, haemopti- sis, haemorrhagiae e gingivis, oculis, ulceribus habitualibus, sudor, ac saliva cruenta; haemorrhagiae e mammis, auribus, umbilico, vide his plus in Sprengel. T. III. pag. 107. Patholog.

c) diversae organorum nobilium inflama- tiones: ut encephalitis, aphthamitis, angina, peripneumonia, gastritis, enteritis, hepatitis etc.

Praeterea conspectui amenorrhoeae symptomatum oportune appendere judicavi adhuc indicia quaedam, e habitu, constitutione individuali, ac characterem morbi decerpenda. Quaecunque enim amenorrhoeae sit species, jam Synochae, jam Erethismi, jam demum Torporis caracte- rem induere solet; quorum diversitatis ratione, tam symptomata morbosa, quam ipsa morbi forma multum varia- re consueverunt, sic:

1. Amenorrhoea cum synocha incedens, sequentem offert faciem, quam produunt:

a) Constitutio corporis: individuum pletho- ricum, athleticum, bene nutritum, temperamenti sangvi- nei, vel cholericum; vitae laboriosae, rurali addictum; mor- bis aliisque potentiis noxiis vires organismi debilitantibus subtractum; vehementibus animi pathematibus vix obno- xium. Huius modi subjecta referunt cutis colorem obscu-

rierem, capillos dense confertos, colore magis fusco-castaneo-brunco tinctos, aetatis vix infra 16, 20 annos numerant; sunt ut plurimum ruricolae laboriosae; aut saltem minorum civitatum haud desides, rarissime majorum urbium incolae otiosae.

b) Potentiae diu, ac vehementer agentes, quales sunt: refrigerium totius corporis, aut saltem genitalium, motus corporis immodici, animi pathemata effrenate excitata, ab usus stimulantium; alia demum multa huc adhuc contribuentia.

c) Talia phaenomena morbosa, quae ad sui productionem nonnihil majori influxuum noxiornm impetu egent, aut saltem iidem diutius agentes, ob firmam corporis compagem, vel ob atacticam organismi totius harmoniam, impediuntur vires organismi, quominus allata phaenomena dicti influxus facilius provocare valerent. Hoc confirmant molimina mensium in puellis tironibus hujus characteris haud frequenter obvenientium; qualia sunt tensio, pressio ac ardoris sensus in regione pubis, sacralis, ac lumborum; abdominis inflatus: sensus ejusdem plenitudinis, ac mammarum tumentium cum ardore; se et excretiones mucosae, aut serosae e pudendis, cum circulatione sanguinis accelerata, ac doloribus colicis constipatae. Porro facies tumens rubet; cum vehementer cephalalgia, anxietate, ac respiratione citata, cardiopalmu, sanguivis orgasmo, ac diversis molestiis junctim inciditibus. Quam frequentissime autem his accedit febris cum pulsu accelerato duro pleno; siti intensa, se et excretionum sufflammatione: ut siccitate oris, ac cutis; urina parca, flammaea, alvo scybalosa; haemorrhagiis diversarum partium, crusta sanguinis inflammatoria crassa.

d) Morbi epigenematici: omnes simul sumti ex abnormi systematis arteriarum exaltatione propullulant ut sunt omnes activae congestiones, haemorrhagiae, ac diversarum partium phlogoses, quarum supra jam mentionem feci.

2. Amenorrhoea cum caractere erethistico nexa patebit:

a) E constitutione corporis, quae est tenera, mollis, organisatio debilis, labe scrafulosa imbuta, huiusque sequelis non parum molestata; denique rachitide, atrophiam vexata. Nunc enumerata mala eo citius hypererethysiam producere valent, quo illa citius jam aetate adhuc nimis

tenera inimicum suum influxum exerere coeperunt. Talia subjecta sunt nimis irritabilia, symptomata simul sunta systematis nervosi functionem summe elatam esse attestantur ita, ut jam vel strepitus exiguus, vel motus corporis moderatus, aut actio lucis non nimia, notabiles organismi commotiones provocent. Tales foeminae pulsum arteriarum exhibent frequentem, duriusculum, parvum, facile comprimendum, subinde inaequalem, debilem; nisum in spasticas adfectiones: ideo non desunt illis frequentes insultus spastici, hysterici, fugaces calor aestus, dum e contra extremitates frigent, aut sudore frigido madent, et vicissim. Animus erethisticarum foeminarum est ita constitutus, ut in iram, odium, gaudium, aliaque pathemata, at brevi solum durantia, nimis inclinet, ingenio contra, memoria, ac judicio excellunt tanto magis eximio.

b) *E momenti causalibus*, quae huic favent characteri progignendo; talia sunt: genitalium, frequens extremitatum inferiorum refrigerium, humorum nobiliorum jactura, abusus remediorum stimulantium — evacuantium, fluor albus, onania, nec non animi affectus validi.

c) *E phaenomenis morborum systematis nervosi* concitationem cum irritabilis lapsu indicantibus. Huc pallor cutis, oculorum agilitas, calor fugax, genarum suspectus, ac pervices recurrens rubor, horripitatio; pulsus variabilis, congestiones passivae; dolor capitis, vertigo, aurium sussurrus, pectoris anxietas, cardiopalmus, animi deliquium, laethargus. His accedunt adhuc universi corporis status spasmodicus, diversae neuroses, ut: hysteria, epilepsia, catalepsis; trismus, tetanus etc.

d) *E morbis epigenematicis*, quales sunt morbi nunc allati diutius perdurantes statum organismi quoquo modo modificantes, hincque alia mala postsetrahentes, ut: dispepsia, nutritio depravata, unde chlorosis, icterus aliaque cachexiae libenter radicem figunt.

3. *Amenorrhoea cum torpore iccedens*, quae frequentissima est in puellis tironibus, ischomenia diu tentatis, quae non raro ut vera chlorosis erumpit; eadem ratione obnoxiae sunt foeminae viduae, ab usu exercitii coitus se abstinentes. Hujus characteris amenorrhoea manifestat se

a) *Per constitutionem individualement corporis*, quae peculiarem systematis nervosi, ac irritabilis non tantum in systemate uterino, sed et totius or-

ganismi statum infra normam delapsam annunciat. Talia individua habitum spongiosum, tumidum, phlegmaticum praeseferunt. Infarctu diversorum viscerum abdominalium flatibus abdominis, haemorrhoidibus mucosis, leucorrhoea, nutritione ac digestionem alienata, hincque universi corporis inertia, ac stupore imprimis eodem systematis uterini veantur.

b) Per momenta pathogenetica irritabilitatem aut in universum, aut in vasis solum uterinis deprimentia, circulationemque humorum hic obvenientium admodum lentam efficiunt. Primum praestare videntur influxus noxii magis universales, organismum in toto suo ambitu adgredientes, quo educatio mollis, vita sedentaria otiosa, defectus motus debiti corporis, habitatio in loco humido, tenebricoso, aere corrupto humido pervio, humili; victus dispeptus, parce nutriens, vegetabilis farinaceus; occupationes in aqua; morbi praegressi vires organismi nimis infringentes: quales sunt diversae febrim species ut ex illis sunt febres continuae mucosae, verminosae, rheumaticae, etc. febres intermittentes quartanae diu excurrentes, perniciosae, pertinaces; animi affectus deprimentes, ut cura, sollicitudo, terror, moeror; humorum nobilium jactura per immodica profluvia, ut per diuturnam lactationem, dysenteriam pertinacem, ac diarrhoeam habitualement. etc. Ad alterum pertinent magis topicos influxus in organismum exerentes; ut quae organa genitalia, et uropoetica simul adiciunt causae externae, aut internae; ut defectus nisus amorali in amplectendum sexum masculineum; aut immoderatum, nimis tempestivum exercitium coitus, leucorrhoea, sub partu difficili notabiles haemorrhagiae; remedia emmenagoga, diuretica in dicta organa incaute aut diutius applicita, eorundem reactionem ultra modum sollicitantia, aut penitus exhaustientia.

c) Per phenomena morbosa, quo cutis corporis icterica, ac facies chlorotica pertinent; oculi sunt languidi, labia oris pallida. Post aliquam corporis commotionem mox languor, ac defatigatio persentitur; adsunt porro diversae abdominis molestiae, ut digestio prava, infarctus viscerum abdominalium, aut inflatus ejusdem, borborygmi, seusus tensionis, status pituitosus. Lingva muco flavescente obducta, sapor oris fatuus, vomituritio, vomitusque haud desunt. In quibusdam individuis adest status verminosus, torpor sensuum omnium, animus dejectus,

unde langvor functionum omnium. Pulsus arteriarum est debilis, mollis, vacuus, facies autem, manus, ac pedes oedematose tument.

d) Per morbos epigenematicos, ut sunt: praeter supra allata phoeromena hic magis, ac magis incrementum capientia: melancholia, animi tristitia etc. Passivae, aut activae sanguinis congestiones, vel haemorrhagiae, ac phlogoses hic desiderantur.

### Causa proxima amenorrhoeae.

Praeter momenta causalia supra uberius allata, huc faciunt adhuc vitia organica primae formationis, aut tantum cum tempore acquisita. Ad primum atresia labiorum majorum, genitalium, hymenis, vaginae, oris uteri, aut ejusdem absentia pertinent; ad alterum diversae uteri, sociorumque organorum difformitates, quales sunt polypi, indurationes, scirrhus, ac cancer; nec non incipientes coucretiones post inflammationem, ac exulterationes hic locum habentes; tumores, steatomata, sarcomata; aut retentae post partum sive naturalem, sive artificialem particulae ovi, vel placenta, denique uteri situs vitiatus, referuntur.

Notandum haec vitia organica causam amenorrhoeae minus frequentem efficere.

Omnibus causis tam dynamicis, quam mechanicis recensitis, nunc venit inquirendum in proximam amenorrhoeae causam, verum haec ut alterius cuiuscunque morbi est sat obscura. Ad hanc exactius noscendam necesse foret mechanismum menstruationis, intimam organorum vitalitatem sedem eidem mechanismo praebentem, ac illum modum, quomodo causae remotae ad ipsa organa agunt, accuratius noscere. Si inquiremus in menstruationis phoeromena, experientia docebitur, hanc functionem duplici ratione debere absolvi; et quidem primo oportet; ut ad vasa uterina major adsit sanguinis affluxus, unde congestio locum habet; secundo ut haec vasa habeant facultatem praesentem sanguinis copiam evacuandi. Nunc absente alterutra, aut utraque harum conditionum causa amenorrhoeae proxima locum habebit. Quibusdam in casibus affluxus hic sanguinis ad dicta vasa contingere non potest, cum ob remoti cujusdam organi statum morbose



irritatum sanguis illuc abducatur; aut vicaria quaedam secretio uberior copiam sanguinis systemati uterino destinatum, per aliam viam eliminando impedit hunc sanguinis adfluxum, quo minus hic quoad aetatem constitutionem, justam quantitatem, ac qualitatem regulariter absque molestiis comparere potuisset. In quo autem dicta haec momenta consistant? num status hypersthenicus, erethisticus, torpidus, totius organismi, vel ipsius tantum uteri vasorum singulariter, aut universe adsit; aut alia adhuc quaedam causa detegenda sit? quae pio desiderio satis facere voluere auctorum conamina, hucdum nisi meras conjecturas continent.

## Diagnosis.

Amenorrhoeae ejusque specierum cognitio seu diagnosis haud difficulter desumitur e symptomatibus, characteribus, momentis causalibus, demum morbis epigenematicis inter symptomata allatis, quibus omnibus rite pensatis, ac inter se praevis combinatis fiat amenorrhoeae diagnosis, quae therapiam, prognosimque multum alleviabit.

Notandum tamen est quasdam amenorrhoeae varietates, ut dysmeniam, ischomeniamque adularum magnas saepe offerre difficultates in concinnanda exactiore diagnosi. Experientia enim teste compertum habemus meram aegrarum nudamque passionem ad diripiendam ambiguitatem, quae inter amenorrhoeam, huicpue haud perparum propinquos morbos intercedit; vix sufficere: sed praeter id requiritur adhuc longiore ad aegrarum lectos observatione comparata medici ratio, ac experientia; ut in singulo casu amenorrhoeae diagnosis ad amussim deponi valeat. Non desunt enim foeminae fors uterum gravidum invite gerentes, signa primi initii graviditatis, cum iisdem amenorrhoeae confundentes, aut eadem sponte pro symptomatibus fictae amenorrhoeae, ut a graviditate sibi vix grata liberentur, pervicaciter venditare volunt. Imo quid non incidit mulieribus astutis, animi levitate ductis, ut medicum sive proprio ludibrio exponerent, sive ingenium ejus fors illis suspectum expiscarentur, se se ischomenia correptas sat in consideranter fingere non erubescunt. Vel denique possunt alii morbi amenorrhoeae multum affines aut per se,

aut cum eadem isochronice existere, imprimis tales possunt esse, quibus certum temporis conceditur intervallum, qui praemissis suis moliminibus adnormatum menstruorum plus minus periodicas observant reversiones; tales sunt haemorrhoides, quae eo probabilius dysmeniae praesentiam probare videntur, quo magis harum molimina coincidunt cum reversione mensium imprimis de paucitate notorum.

Ne igitur medicus in errorem tam facile committendum inducatur, morborum diagnosim nostris temporibus auctorum conatu paene exultam, religiose condiscere, differentiasque analogorum morborum sibi notas reddere, haud intermittat.

### Prognosis.

Amenorrhoeae prognosim in genere magis anceps ferenda est: nam haec pro ratione varietatis amenorrhoeae, dispositionis, constitutionisque individualis; causarum excitantium, characteris morbi; durationis ac complicationis morbosae multum variat.

Sic quidem in ischomenia puberum quo major est dispositio, quo debilior constitutio, eo longior erit curatio, difficiliorque sanitatis restitutio; in casu contrario prognosim est multo faustior. — Quod morbi characterem attingit: si is athenicus, torpidus, aut erethisticus est; prognosim infaustior erit, quam si ille hypersthenicus esset, cum eidem adparatu antiphlogistico et citius, et certius occurrere possit. — Quo morbus diutius durat, eo molestior est cura, hinc ischomeniam puberum erethisticam, et torpidam molestiorem ac longiorem curam habere oportet; quam ischomeniam adularum: cum illa decursum magis chronicum, haec acutum potius sequantur; dein medico in illa cum quibusdam morbis prius colluctandum veniet, antequam morbum qua talem illi adgredi liceat; ubi in synocha longe alia est rerum facies. — Respectu complicationis: si vitia organica morbi causam constituent, quae arte sufferri valent, salus sperari potest, secus exitus funestus est. Morbi alii aut e praegressis, seu e coexistentibus malis enati, secundum eorumdem indolem, symptomatum intensitatem, morbi extensionem, gradum ac curabilitatem, dirigitur praesagium.

Ischomeniam adularum gravissima frequenter concomitantur symptomata, quin universus organismus apparenter affici videatur; quare huius prognosim in genere determinare magis arduum est. Quod supra de dispositione, constitutione, indole, caractere, complinationeque morbosa dictum in specie est, hoc idem de ischomenia adularum, dysmenia, mensiumque paucitate summatim valet. Praeterea tamen cuilibet amenorrhoeae speciei propriam magis prognosim sequentibus specificabo seriebus: subita mensium imprimis sub menstruorum fluxu suppresso accidens, tempestive adhibito auxilio facilius curatur, timenda erunt tamen mala exinde oriunda: ut congestiones, inflammationes, suppurationes etc. diversorum organorum nobilium. Minus periculosa est ischomenia ante, aut post menstruationem pedetentim tantum inducta, cura tamen multo longior, medicumque multo magis circumspectum requirit.

Dysmeniae prognosim praeter supra allata aetas quoque dirigit. Tironibus enim dolores, diversae molestae sensationes, quae initia catameniorum annunciant, hoc ipso disparebunt, ut primum vasa uterina insolitum stimulum ob adfluxum sanguinis experiendum, tensionemque mechanicam exinde deducendam perpessa fuerint, eique asseverint. Si autem erethismus causam mali sustentantem constituit per influxus amplius haud amovendos generatam, omnis curatio superflua erit. Adultae hoc morbo affectae, valde raro, si tamen concipiunt, ut plurimum abortum patiuntur.

Paucitas mensium raro est periculosa, praecipuis si malo tempestive medetur; decursu tamen chronico, in quem libenter abire amat, incedens, nimis longam requirit curam. Nullae hic mutationes periculosae sunt timendae, quae fors repente evenire possent; quin imo organismus malo paulatim ita asvescet, ut phaenomenis morborum sensim dissipatis, mensium paucitas ad sanitatem relativam necessaria sit, Neque facultas concipiendi in hoc, ut in priori casu labefactabitur; proles tamen generantur debiliores, cum ipsa mater sit imbecillis, anni quoque chimacterici multo citius accelerantur. Si vero menses pauci morbi alicuius symptoma constituerint, tunc utique prognosim ab illo desumitur, quae tamen hinc exulare debet.

## Therapia.

Coordinatio therapeutica amenorrhoeae laud est tam facilis, quam ea primo obtutu obiter tantum reputanti apparet; malum enim hocce vix in omni casu, unum eundemque morbum pro se constituit, sed quam frequentissime est productum morbosae affectionis universalis totius organismi. Cautè igitur quis morbum amenorrhoeae symptomatibus tantum insignitum, antequam in rem accuratius inquirat, omnis generis emmenagogis, indiscriminatim impetere velit; tali enim in casu citius damnum irreparabile, inferitur, quam aliquid saltem utilitatis reportatur. Ideo hunc errorem evitaturus indicationes omni respectu dignas in progressu curae exsequendae hac serie adimplendas esse arbitror: ut 1. causae morbi removeantur, 2. ut morbi characteris ratio habeatur. 3. complicationes, morbiq; epigenematici convenienter curentur. 4. denique reconvalescentiae periodus eo modo tractetur ut omnis dispositio ad morbum deleatur aut ad minimum infirmetur.

### 1. Prima indicatio exigit:

a) ut causae excitantes stricte tales amoveantur, cui tamen vix semper satisfieri potest, cum hae saepe ignorantur, vel tantum per breve tempus agant; aut jam pridem ante morbi evolutionem agere cessarunt. Si vero causarum excitantium actio exorto jam morbo adhuc persisteret, earumque amotioni locus esset, illa haud satis cito institui potest. Ad illas causas excitantes, quarum amotione apprime requiritur, pertinent vitia organica: ut atresia vaginae, oris uteri, hymenis labiorumque pudendorum, quae ad sui sanationem unice manum chirurgicam exposcunt; situs uteri vitiatus repositione congrua inimice agere cessat; scirrhus, induratio cancerque uteri nisi remedium solventium usui longiori cedunt; quorum quaedam regnum vegetabile, alia regnum minerale suppeditat; ad priora paulo mitius agentia ut: rad. taraxaci, graminis, saponariae, herbae fummariae, etc. ad posteriora indolis magis inimicae, ut praeparata hydrargyri, stibii, sulfuris, jodinaeque pertinent, quae tam externe, quam interne diversissima forma exhiberi solent. Saepe tamen horum efficaciam palmam praeripiunt aquae soteriae alkalinae, hydrothionicae, sulfureae etc. quae forma balnei, jam potus, jam injectionis in usum vocantur.

b) Opportunitas ad morbum acquirendum et fulciendum diligentissime vitanda, quare amenorrhoeae medicus cunctas potentias quoquo modo organismum infestare valentes, aegram suam praevie edoceat, ut haec illis se tempestive subtrahere sciat.

c) dispositionem ad recidivas per congruum regimen diaeteticum quantum fieri potest, delere studeat, de quo uberius adhuc infra dicetur.

2. Indicatio jubet, ut in amenorrhoeae cura characteris ratio principalis habeatur, ideo

a) Si morbus cum synocha incedat, congestionibus ad organa nobiliora sese manifestantibus, ratio svadet ut has pro gradu intensitatis symptomatum sine mora per sanguinis evacuationem jam universalem, jam topicam mitigemus; interne vero remedia antiphlogistica stricte talia, qualia sunt nitrum, purgantia antiphlogistica ut tartarus tartarisatus, tartras lixivae acidulus, sulfas lixivae, solae, magnesiae, calomela etc. his adjungi possunt potus refrigerantes acidi etc.

Externe autem adplicentur fomenta calida jam sicca, jam humida ad partem abdominis utero respondentem, regio autem congestionem affecta frigore moderato foveatur. Victus demum sit curae scopo respondens, nempe parum nutriens, vegetabilis potius quam animalis; vitatis denique omnibus, quae congestionibus superiora versus ansam praerberent, restitutoque tandem menstruo fluxu; omnem curam in id impendat medicus, ut illam in suo tenore jugiter conservet.

b) Si morbus cum erethismo incedat:

aa) praesente systematis nervosi sensibilitate ultra normam elata, haud raro insultibus spasmodicis manifestata: remedia sic dicta antispasmodica tam interne, quam externe utilissime conveniunt, talia sunt infusum florum chamomillae vulgaris, radice valerianae sylvestris, serpentariae virgineae, praeparata ammonii: ut spiritus salis ammoniaci anisatus, lavandulatus, liquor c. c. succinatus; digitalis purpurea, ipecacuanha dosi refracta, asa foetida, opium, aetheres; in majori adhuc symptomatum nervosorum vehementia moschus atque castoreum. Inter mox allata pharmaca efficacissima esse censentur castoreum, liquor c. c. succinatus, tinctura valerianae sylvestris, et pulvis Doweri. — Externe commendantur clysmata ex infuso florum chamomillae vulgaris, rad. valerianae sylvestris in connubio

cum extracto hyosciami, asa foetida, castoreo; cuius tamen pretium charius usum frequentiore magis restringit; inunctiones porro volatiliter stimulantibus ad abdomen, balnea tepida aut semicupia tepida, pediluvia ex infusis aromaticis parata multum emolumenti adferunt.

hh) Ad erigendam systematis irritabilis imprimis arteriosi energiam indicantur tonica antispasmodicis supra dictis juncta; meminerit tamen medicus attentionem suam ad organa digestionis quoque tempestive convertere; nisi enim vires digestoriae debito in vigore conserventur, planum therapeuticum spe praeconcepta adornatum, in contrarium detorqueatur. Hinc tonicorum usum incipere oportet a minoribus, efficaciam suam magis in organa digestionis dirigentibus, quae haec fere sunt: centaureum minus, trifolium fibrinum, carduus benedictus, marubium vulgare, et peregrinum; dein fiat transitus ad efficaciora ut sunt quassia, gentiana etc. tandem ad altiora ut praeparata chinae, ac ferri.

Non pauci peculiarem virtutem tribuunt radici rubiae tinctorum in amenorrhoea sananda, cujus pulverem ad drachmam semis pro dosi, aut ejus decoctum ex uncia semis, una paratum exhiberi sudent. Experientia tamen teste majorem dignitatem obtinuit cortex chinae, quem forma infusi, decocti, rarius extracti, cum summa utilitate applicuere celeberrimi amenorrhoeistarum medici; non minoris valoris sunt praeparata chinae aevo recentiori inventa, ut sunt sulfas, murias phosphas chinini, imprimis si cum pharmacis volatiliter stimulantibus cum cautela propinentur.

Omnium tamen tonicorum hucusque recensitorum virtuti saepe antecellunt praeparata ferri summa cum circumspeditione adhibiti, in quorum tamen delectu ea cautela incedere oportet, ut illa, quae et adplicatu, et digestu faciliora noscuntur, praemittantur iisdem hac indole destitutis. Hinc ferrum muriaticum ammoniacale scopo in quem medicus intendit, ab initio optime respondebit, cujus dosis ab initio sunt tantum grana duo dein ultro augetur; commodissime exhibetur forma pilulari; cum tamen humorem ex atmosphaera cito attrahat, huius loco solutionem alcoholicam plures commendant tincturam nempe martis aperitivam vulgo dictam ad guttas decem, usque triginta ascendendo in vehiculo quodam fluido aromato. Eiusdem efficaciae esse censentur etiam tinctura martis salita, liquor anodynus martialis, tinctura, et extractum fer-

ri pomatum, ac cydoniatum (malas ferri); ab hinc itur ad praeparata martialia valentiora, virum digestricum oppositionem magis reposcentia ut oxydum ferri nigrum, carbonicum, limatum etc. — Huc faciunt adhuc, imo frequenter omnem pharmacorum roborantium efficaciam ipsa superant balnea martialia, ut sunt celebratissima in nostra Patria acidulae Bartsaenses, Furedenses, thermae Vichuyenses, Lutskensens, Ribariensens. etc. domique parata artificialia e globulis martialibus.

cc) Facta sanguinis ad intima cavorum penetralia congestione ob primario adfectam irritabilitatem, haec per relativum sensibilitatis suprapondium temperanda: fiat initio evacuatio sanguinis saltem moderata per hirudines instituta, dein curetur, ut sanguis per revellentia ad systema uterinum deducatur; quod contingit per adplicationem caloris forma fomenti jam sicci jam humidi, jam balnei tepidi, ut supra monuimus, pediluviique moderati.

Regimen diaeteticum sit statui aegrae consentaneum nempe roborando nutriens, sic cibus magis animalis digestu facilis ova, limaces, cancer astacus, caro tenera, mollis, quaequae demum gelatina ac albumine magis praevalent. Pro potu vinum antiquum bonum moderate adhibitum, aut cerevisia debite fermentata, saporis amaricantis optime convenit. Motum corporis in aura libera, rurali diligenter susceptum, occupationesque diversas, distractiones amoenas aegra laud intermittat. Ad praeventenda animi pathemata optime sibi consulit, si res sibi ingratas domi relictas conversationibus jucundis, commutaverit, aut excursions per regiones amoenas susceperit.

c) Praesente totius organismi, imprimis vero systematis uterini torpore eminente in gradu evoluta, tunc duplicem methodum medendi admovent medicus: aa) in usum trahendo talia remedia, quorum actio imprimis ad systema uterinum directa est, ope cuius hic quaedam species congestionis excitetur, bb) nunquam non immemor sit energiam systematis vasorum optimo in tenore sustentare.

aa) Priori quae respondent postulato pharmaca ejus sint indolis, ut virtutem suam principio acri, resinoso, et oleo aethereo debeant; talia erunt pharmaca: flores chamomillae vulgaris, radix valerianae sylvestris, angelicae, imperatoriae; herba melissae, menthae piperitae, majoranae, millefolii; semina foeniculi, anisi; cortex cinnamomi, et aquae destillatae horum. Remedia porro alia pellen-

tia etiam emmenagogorum sub nomine nota, quorum et mitiora, et efficaciora existunt. Ad mitiora referri merentur: gummi ammoniacum, gum. galbanum, asa foetida, et tinctura ejus; radix valerianae, angelicae cum suis tincturis; myrrha, extractum ejus aquosum cum tinctura sua. Cel. Haase commendat herbae cochleariae recentis succum expressum ad drachmas tres, unciam semis, unciam unam in vehiculo quodam aquoso aromatico, vel eisdem herbae siccatae infusum in quadam aqua aromatica.

Ad efficaciora emmenagoga pertinent haec: radix rhei, hellebori nigri, radix et herba gratiolae; porro tales substantiae, quae materia quadam amaro resinosa instructae sunt, ut sunt: boccac lauri, juniperi, quorum infusum vinosum a quibusdam multum laudatur; lignum sassafras, juniperi, vinum generosum, ammonium cum suis praeparatis, castoreum, oleum animale Dippelii, olea aetherea, ut juniperi, cinnamomi, therebentinae; denique balsama nativa: ut balsamus peruvianus, balsamus copaivae etc.

Omnium tamen efficacissima huius generis remedia sunt aloë dosi parva cum suis praeparatis; radix hellebori nigri in connubio cum aliis efficacioribus, pilulae balsamicae olim, quibusdam et hodieum valde familiares; frondes sabinæ ad unciam unam cum libra aquae infunduntur, cuius colatura datur interne uno, duobus cochlearibus, ter, quater per diem, aut oleum ejus ad gutt. 1—4 forma emulsi.

bb) postremo postulato satisfaciunt remedia, quae praeter principium extractivum, scytodephicum, adhuc aliquid resinosi, oleique aetherei continent, ut sunt cortex angusturae, cortices aurantiorum, citri, cortex cascarillae, Winteraus; radix gentianae, calami aromatici, herba millefolii etc. tandem china et ferrum, ut supra jam uberius enucleavimus.

Externe inunguntur regioni abdominis utero respondenti olea stimulantia ut: sabinæ, juniperi, terebentinae in solutione alcoholica, aut vinum cum herbis aromaticis, amaris confectum, spiritusque aromatici; instituuntur frictiones abdominis cum panno aspero, fumo aromatico imbuto.

Diaeta sit stimulans nutriens, aer purus liber, vita laboriosa activa, somnus brevis sed reficiens; potus vini rubri generosi antiqui, aut cerevisiae bene fermentatae saporis amaricantis; usus potuum artificialium pessime paratorum ut theae, coffeae severissime interdicitur.



3. Complicationum, ac morborum epigenematicorum therapia respectu indolis, elaracteris, reliquarumque circumstantiarum ordinanda erit, qui enim sint morbi dictas complicationes efficientes jam vidimus.

4. Denique indicatio, quae reconvalescentiae rationem habere jubet, haec solum in eo consistit, ut morbus imprimis longius excurrens in reconvalescentiae periodo dissipatis omnibus morbi symptomatibus, idem remediorum usus continuetur ad notabilem virium recuperationem usque, vitatis simul omnibus potentiis inimicis, quae vel minimum influxum in corpus exeruerent. Sic adornata amenorrhoeae therapia cuilibet circumspecto artis perito satisfacisse me arbitror, si multiplicata ejusdem fere virtutis remediorum sub singula amenorrhoeae specie toties adhibendorum repetitione neglecta, per identitatem methodi sanationis amenorrhoeicae ingenium non oneraverim.



## T h e s e s .

1. *Basim totius Medicinae sistunt ratio, et experientia.*
  2. *Oxygenium est principale irritabilitatis incitamentum.*
  3. *Vita organica cum animali nec simul incipit, nec idem tempus cum ea perdurat.*
  4. *Cranioscopia Gallii multis quidem observationibus munita, tamen vapulat.*
  5. *Numerus morborum cum culturae humanae progressu pari ratione augetur.*
  6. *Medicō vere tali non solum cum agmine morborum, verum frequenter cum invetoratis praejudiciis pugandum est.*
  7. *Theoria in arte medica omni experientia destituta, nociva.*
  8. *Morbi contagiosi sunt humano generi coevi.*
  9. *Ophthalmiater in arte nondum magister, concisionem prae reliquis cataractae operationibus seligat.*
  10. *Anatomia cum physiologia tam arcte cohaeret, ut haec ab illa sine scientiae detrimento avelli nequeat.*
  11. *Diaphragma inter musculos organicos et animales medium tenet.*
  12. *Plurima, quae de magnetismo animali depraedicantur phoenomena, sunt nonnisi phantasiae luxuriantis producta.*
  13. *Affectio systematis nervosi gangliosi efficit proximam febrium intermittentium causam.*
  14. *Morborum divisio in organicos, ac dynamicos, naturae rei maxime respondet.*
-

1. The first part of the document is a letter from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

2. The second part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

3. The third part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

4. The fourth part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

5. The fifth part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

6. The sixth part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

7. The seventh part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

8. The eighth part of the document is a report from the Secretary of the State to the President, dated January 1, 1865. It contains the following text:

# DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICAE

DE

## PLUCA POLONICA

QUAM

ANNUENTIBUS MAGNIFICO DOMINO PRAESIDE, ET DIRECTORE, SPECTABILI DOMINO DECANO, AC CLARISSIMIS D. D. PROFESSORIBUS IN ALMA, ET CELEBERRIMA SCIENTIARUM UNIVERSITATE PESTIENSI PRO GRADU DOCTORIS MEDICINAE RITE CONSEQUENDO

PUBLICAE DISQUISITIONI SUBMITTIT

### JOSEPHUS ZANKO,

GALLICIANUS SAMSONOVIENSIS.

---

In Theses adnexas disputabitur in Palatio Universitatis  
majori Mense Junio Anno 1834.

---

PESTINI,

TYPIS LANDERERIANIS



UNIVERSITAS INDONESIA

ALYATIUS M. DE ALI, S.P.T.

§. 1.

N o m e n.

**P**lica Polonica, communiter etiam Trichoma a (a graeco τριχωμα και ισχνη) appellatur. Secundum Majorson Govd Trichosis Plica; alii vocant: Lues sarmatica, seu Pokutiensis, Helotis, Capillitium intricatum, morbus Cirrhorum, Weichselzopf, Polnischerzopf, Wichtelkopf, Judenzopf, Hexenzopf, Verwirrte Haare etc. Poloni nominant: Kolton, Gózdziec. Galli: Pliquo, ilPlique polonaise. Angli: Plica, Matted Hair. Hungari: Lengyel haj-kolontz gubantzoz haj.

§. 2.

D e f i n i t i o.

Plica Polonica, seu Trichoma sistit morbum cutaneum peculiarem, chronicum, contagiosum, in Polonia imprimis circa fluvium Vistulam endemicum, qui sub diversis symptomatibus nervoso — arthriticis, illisque in universo organismo observandis, Leprae vulvulatum analogis, initium sumens, mox sub sui generis tetanomorphi totius cutis se manifestat. Producit nimirum secretionem peculiarem, morbosam, in universa eadem cuti, praesertim tamen in partibus pilis obsitis, maxime in parte capillata capitis, quo fit ut capilli, qui hujusce secretionis peculiaris, proprium videntur constituere organum, miro modo inter se con-

plicantur, et ope liquidi viscosi per totam longitudinem capillorum copioso secreti edeo conglutinantur, ut a se invicem divelli, et extricari nulla ratione possint.

### §. 3.

## Historia, Litteratura.

In fata Plicae inquirenti magna obvenit opinionum diversitas, quatenus: an Plica antiquissimis jam temporibus notum constituerit morbum? an tantum recentioribus seculis occurrerit, fueritque observata? determinare difficile est. Pax priscae aetati superstitiosae, quae Plicam non secus ac Lepram, similesque morbos foedos influxibus Vampyrorum, Daemonumque adscripsit. Non absimiliter vanum illud, Caput Gorgoneum, caput medusarum, furiarum vere humana fuisse ut Hercules Saxonia putabat, non tantum fictis Poetarum variis occasionem praebens, sed nonnullos eo deducens, ut caput Plica adfecti hominis utique naturae sua jam horridum, revera pro imagine capitis medusae et furiarum haberi debere statuunt, inanis instar figmenti silentio praetereundum est; tantum enim abest, ut hujusmodi nugae vel minimam mutuarent lucem historicam, quin potius densam alant caliginem. Hujus loci rem propius tangens opinio est: Plicam per incursionem Tartarorum tertiam ex Oriente ad Poloniam advectam fuisse, ibique sub finem seculi 13. innotuisse, ut C. et Sprengel (a) aliorum testimoniis innixus perhibet; at et haec opinio ut C. Weese (b) monet, multis premitur dubiis, qui Plicam fine seculi 16. primo observatam fuisse asserit. Alii contendunt eam, antequam ad Poloniam venisset, jam in Alsatia, Fri-

a) C. Sprengel Versuch einer pragmatisch. Geschichte der Medicin. Halle 1793 B. 2.

b) C. Weese über die Plica polonica ein Historisch-kritisches Versuch - in Rust's magaz. B. 25.

burgi, et in Helvetia notam fuisse. Interim consentientibus Auctoribus plurimis Plicae in Germania obvientis ante medium seculi 16. mentio non fit; in ipsa autem Polonia ut Cel. Jo. Frank (c) adnotat, primum certum, amplum ac scientificum Plicae documentum annum tantum modo 1599 adtingit, quo scilicet tempore Laurentius Starnigelius Rector Academiae Zamosciensis, consilium Facultatis Medicae Patavinae, utpote pro morbo novo ab annis scilicet 40 — 50 jam noto, expetierat. Morbum semel exortum maxime frequenter inde a medio seculi 16. hodiedum usque, in Polonia obvenisse scripta plura de Plica typis vulgata, abunde demonstrant, licet et in aliis Provinciis ut in Germania, Gallia, Italia; Hungaria etc. Plicam omni tempore observatam, eamque directa ratione extensionis calamitatum, aerumnarumque plebis uberius auctam fuisse haud est dubium. Ubivis autem plica occurrerit ut plurimum subjecta originis Polonicae primo ea adfecta fuisse, et ab iis ad alios transiisse, testantur observatores, ita, ut hodiernis jam temporibus praeter Poloniam in aliis quoque Regnis occurrat hicce morbus, uti in Silesia, Bohemia, Svevia, Borussia, Saxonia, aliisque Germaniae locis; in quibus quidem Regionibus non endemice ut in Polonia, sed sporadice tantum obvenit. Sic in Hungaria imprimis in illis Comitatibus, ubi populus partim ob paupertatem, partim ob pigritiam sordidam munditiei nullam curam habet, uti in Comitatu Sárosiensi, Unghensi, parte Superiore Zempliniensis, Liptoviensi, Arvensi. Imprimis autem hoc morbo adfectiprehenduntur Judaei.

Inter Auctores, quorum de Plica Polonica inde a seculo 16. scribentium non exiguus est numerus, maxime memorandi sunt sequentes:

L. C. Fulginatus Consultatio de Lue sarmatica, Ferrar 1600.

c) I. Frank - Praecepta prax. med. univ. vol. III. sect. 2 p. 210.



S. Schulz Consult. de Plica Polonica app. ad Consult. Medic. Venetiis 1618,

I. Agricola, Dissertatio de Helotide seu de Plica Polonica. Basil. 1615.

Zeidler Dissertatio de Plica s s novorum Cirrorum symptomate Lips. 1623.

Hercules saxonica de Plica, quam Poloni Godziec Roxolani kolton vocant Patav. 1650.

W. Rolfinckius Dissert. de Plica Polonica Jenae 1658.

Cressius Dissert. de Plica, germ. Weichselzopf. Steidell. 1682.

Bonfiglius Tractatus physico-medicus de plica Polonica. Wratisl. 1712.

Michalowszki kalendar Polski i Ruski. Krakov. 1721.

Vicat Memoire sur la Plique polonoise Lausan. 1775

Gabrieli Dissert de plica pol. Budae 1780.

Mustallier Praktische Abhandlung über den Weichselzopf. Wien 1790.

I. F. Hoffmann Beschreibung des Weichselzopfes, nebst einer Anweisung, wie man sich in dieser Krankheit verhalten müsse um davon zu genesen. Königsb. 1792.

I. E. Gilibert. Adversaria medico pract. Lugd. 1791.

Perzyna. Le karz dla wloscian czyli rade dla pospolstwa w kaliszu 1793.

I. L. de la Fontaine Chirurg. Medicinische Abhandl. verschiedenen Inhalts Pohlen betreffend Bresl. und Leipzig. 1792.

G. Andersson. Dissert de plicae pol. origine, et curatione. Erfurt. 1805.

F. I. A. Schlegel über die Ursachen des Weichselzopfes der Menschen und Thiere, die Mittel ect. Jena 1806

11) Danzigban a' cholera a' veszteglő intézetek felállítása előtt már egynéhány héttel uralkodott, 's pusztított, a' városon kívül, azonban semmi nyoma nem volt, a' midőn a' veszteglő intézetek egész erejekben több hetekig már fenn-állottak, dúlt körülötte. (Verhandlung der physikalisch - medicinischen Gesellschaft. Königsberg. I. Heft. s. 27.) ugyan erre Orvosi Tár. III. K. L. 98.)

szor nem hallottuk azt „körül belül cholera volt, csak nálunk nem, ámbár jártunk keltünk mint egyébkor, de mikor már mindenünnen eltűnt a' gonosz vendég, hozzánk jött.“

### VIII-szor :

Ha végre az orvosok tudósításaikat, mellyek szorgos vizsgálatokon alapulnak, a' cholera eredetére nézve öszve vesszük, ki fog tetszeni, hogy a' cholera minden Europai tartományokban magától, az az ujra eredt, 's nem valamelly ragály béhozása által. Ezt mutatja a' következő tekintet is. A' cholera Európában először 1823-ik eszt. mutatta magát Asztrakánban; hogy pedig nem ragály által hozathatott oda, hanem ott eredt, állítja Seydlitz 12). — A' cholerának Asztrakánban uralkodása, 's annak Orenburgban történt eredete közt hét esztendő tölt el,

- 
- 12) 18 $\frac{2}{3}$ -dik esztendő folytatában 21 hajó érkezett meg olly bizonyító - levelekkel, mellyek egészséges voltokat állították, nem is volt a' hajókon egy gyanús beteg is. — Gyanút gerjesztett azonban egy hajó annyiban, a' mennyiben 18 $\frac{2}{3}$ -ki halászat alkalmatosságával abból a' hajóból négy ember halt-ki, hányás és hasmenés által, melly eset azonban Asztrakánba való érkezéseknél jóval előbb történt. Ha tehát megengednék is, hogy az említett négy ember choleraiban halt meg (a' mit még megkellene mutatni) a' hátra lévő ut folytatásában az emberekkel tömve volt hajóban semmi illy gyanús eset többé magát elő nem adta, a' veszteglő intézetben jó egészségbe maradtak, 's onnan is egészséggel bocsátattak el, elbocsátatván érkeztek Asztrakánba a' betegség kitorése után. (Mittheilungen über die morgenländische Brechruhr von Adolf Riecke. Stuttgart 1831 I. B. S. 89.)

melly idő alatt a choleraanak Orosz országban semmi nyoma sem látszott. Hogy fogják ezt megmagyarázni a ragadvány barátjai, kik azt állítják, hogy a cholera Európába ragadvány által hozatott, vagy kik azt akarják velünk elhithetni, hogy ha a cholera valahol járványos módon támad is, lefolyásában mindazáltal ragadványt fejtegethet-ki, melly által további elterjedése eszközölthetik. — Az Orenburgicholera nézve szinte semmi bizonyosság, melly szerént oda is ragály által vitetett volna <sup>13)</sup>. — Septemberben 1830. Moszkvat ragadta-meg, 's a legtöbb oda való orvosok abban egyeznek meg, hogy a betegség magától tűnt-fel <sup>14)</sup>. — A város körülkerítették; de azért a nyava még is folytatta utját, kímélt néha záratlan helyeket, a zártakat megtámadván. — Sz. Péter városának szabadon maradását darab ideig a szoros veszteglő intézetek erejének tulajdonították; de csak ugyan megszállotta Péter várát is, 's megmutatta, hogy erejének a veszteglő intézet ellent nem állhat. Midőn az Orosz sereg a zendülés' lecsendesítésére Lengyel Országba küldetett, az orosz kormány igen bölcsen rendelé azt, hogy újoncz katonák cholera-tól meglepett helységekből ne vétessenek-fel; a cholera még is kitört Lengyel Országban is. — Rigából, 's a körülfekvő helyekből a cholera Danzigba jött, 's ott is megmutattatott, hogy azon hir,

---

13) S o k o l o w „hogy a cholera Orenburgba nem az Ásiai Karavánok által hozatott légyen mutatja az: hogy Troiczka, 's Orszk Várakba nem volt, noha ugyan azon Karavánok ide úgy mint Orenburgba kulömbfele portékákat hoztak“ L i c h t e n s t ä d t S. 121.

14) Dr. Barchewitz Beobachter ausz. Beil. 1831. August.

melly a' ragály által való behozást allította, költemény volt <sup>15)</sup>. — Danzigról különféle mesék szerint a' cholérát ragály által akarják Königsbergbe juttatni; de a' hivatalos tudósítások, 's orvosi értekezések, mellyek a' betegségnek önkénti támadását bizonyítják, e' hireket tökéletesen megczáfolják <sup>16)</sup>. — Lengyel ország után minket látogatott-meg a' baj; de hogy az nem jött, mutatja Dr Bugát hivatalos tudósítása, melly szerint a' Magyar és Galli cziai cholérát lehetetlen okbéli öszve-köttetésbe hozni. — Pesten azt hitték, hogy Julius' 13-kán ütött ki a' betegség egy kocison, ki Roszról jött, 's erre fogták a' betegség béhozását; de későbbben kitudódott, hogy egy huszár már Julius' 10-kén lett ugyan itt áldozatja a' járványos betegségnek <sup>17)</sup>. — Hogy hazánkából Austriába ne éjjen, azt noha erős 's szorgos intézetek voltak, nem tudták megakadályoztatni, 's Bécs a' legszorosb bezáratás után is keblében látta 's látja még most is a' dühödő nyavalyát. — Ezen rövid át-tekintés, melly a' betegségnek Európában lett első kiütésétől fogva, azt majd minden útjaiban követi, világosan mutatja ennek ragály nélkül való tiszta járványos lételet.

Külömben nem csak eredetére, 's elterjedésére nézve nem hasonló a' cholera más ragadós betegségekhez,

---

15) Verhandlungen der physicalisch-med. Gesel. Königsberg. S. 32.

16) Dr Baer „a' mennyire csak az emberi nyomozás 's ebből következtetés érhet, nyilván való, hogy semmi ragály bé nem hozatott, hanem a' cholera Königsbergben magától fejtődött - ki (ugyan ott S. 69.).

17) Orvosi Tár III. K. 154. Lap.

hanem mind erre, mind egyéb tulajdonaira nézve is rokon a' járványos betegségekhez. Ugymint a) ha a' cholera már bélyegző tüneteivel jelen van, azt kedvező körülmények közt emberi segedelem által lefolyásában meg lehet állítani 's neki véget is vetni. Ezt ragályos betegségekről, mellyek olly szállékony ragadványt fejtegetnek ki, mint a' mellyet a' ragály védelmezői a' cholerának tulajdonítanak, csak nem lehet állítani; mert ha az olly forma szállékony ragadvánnyal bélyegzett betegség (mint p. o. a' vörhöny, scarlatina) egyszer elkezdődött, annak minden szakaszain, 's változásain által kell mennie' de b) lehet e észre venni olly forma ragályos betegségekben azon számíthatatlan mérhetetlen lépcsőket, a' betegség belterjére nézve, mellyek a' járványos cholera nál látszatnak, a' mit kiki ha a' nyavalyát messziről nem nézte is, önnön tapasztalásából tudhat. c) A' cholera betegségben semmi olly elválasztásokat, (secretio) vagy kiürüléseket nem találhattak még eddig fel, mellyek a' ragálynak vezetőül (vehiculum) szolgálhatnának; sőt azon próbatételek, mellyek e' tekintetben tétettek, inkább ellene mint mellette harcolnak.

De a' cholera nak a' ragályos betegségektől való különbözését, 's a' járványosokkal való atyafiságát, nem csak a' járványos betegségekkel általánosan tett hasonlításból lehet látni; hanem, és főképen ennek a' nyakas váltólázzal való rokonságából is. Ezen hasonlatosságot következő okokkal kívánám támogatni: a) Ugyan azonos okokban találja a' két nyavalya eredetét; — a' szórványos váltóláz leginkább mocsáros vidékekben ered, 's olly helyeken hol a' folyók aradásai által eszközlött kigözölgések történnek,

mellyek a' légi elromlást annál inkább előmozdítják, a' mennyivel a' szellő járás hiánya miatt az olly ki-öntések által okozott effluviumok panganak. Akkor áll elő leginkább a' váltóláz, mikor a' napi hévségre hideg éjjelek következnek. — Ugyan ezen okok teszik a' szórványos cholérát is, melly egyéb eránt a' Ganges partjain való nagyobb kifejlését az ottani különösen kedvező környübuényeknek köszöni. — Ha már olyan környülmények találkoznak, mellyek a' váltóláz' kifejlését előmozdítják, 's a' levegő geniusa főképen gastricus betegségeknek kedvez, a' váltóláz járványossá lesz, elterjed folyók 's tavak mellékeihez 's nagyobb síkságot korlátozó kisebb hegyek' oldalai alatt mulat. —

A' choléránál épen ez vétetett észre; midőn a' cholérát támasztó mocsáros lég több esztendők óta az arra szükséges feltételek mellett szerfeletti romlottságának csúcsát, elérte, 1817-ik esztendőben először Bengáliában, később a' keletindiai nagy folyók mentében, végre a' világ minden irányaiban cholera támadt. b) Mutatják a' cholérának a' váltólázzal való hasonlatosságát tünetényeinek nyakas, de kivált alorezás (lárvalt) váltólázakkal való nagy megegyezése is; a' váltóláznak a' cholera tünetényeivel való szöveménye (complicatio); e' két nyavalyának biráló idei nagy egyformasága, mellyeknek előszámlálását feleslegesnek tartom, mert a' ki csak a' két nyavalyát látta, annak ezen egyenlőség figyelmét el nem kerülhette; 's e' hasonlatosságra mutató okokat Frank Jóssef szavaival végzem „Exstant febres intermittentes adeo perniciosae, ut aegrum secundo sive tertio paroxysmo e medio tollant. Imo suspicamur eos inter-



dum vel prima' accessione necarè, et funera plura improvisa, quae apoplexiae, convulsionibus, *cholerae tribuuntur*, et tunc accidunt dum febres intermittentes perniciosae grassantur, paroxysmo illarum primo jam letali adscribenda esse. Inter omnes perniciosas ea quae emetica dicitur magis timenda. (*Præcept. Præx. med. P. I. pug. 46*).



# **T h e s e s .**

---

1.

Absque cognitione generum morborum stationarii omnis praxis medica incerta.

2.

Sanguis non solum externo impulsu, sed propria ejus vi movetur.

3.

Inter theorias generationis, Blumenbachii reliquis praestat.

4.

Marasmus senilis non est morbus dicendus.

5.

Bilis secernitur ex sanguine venae portarum.

6.

Non omnis debilitas vitalis stimulantia sibi exigit.

7.

In morbis non raro salutaris est musicae influxus.

8.

Plures medicamentorum oppressit moles, quam medicamentorum sustulit penuria aegros.

9.

Natura sanat, medicus curat: hinc multi sanantur male curati.

10.


Ex causis procatartictis cholerae una ex praecipuis timor.

11.

Natura cholerae, in primaria systematis nervosi adfectione consistit.

12.

Nullum datur in cholera remedium specificum.



**DISSERTATIO**

**INAUGURALIS MEDICA**

**DE**

**P S O R A**

**QUAM**

**CONSENSU ET AUCTORITATE**

**MAGNIFICI DOMINI PRAESIDIS**

**NEC NON**

**INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE**

**PRO**

**DOCTORIS GRADU RITE OBTINENDO**

**IN**

**ALMA AC CELEBERRIMA**

**REGIA SCIENTIARUM UNIVERSITATE**

**PESTIENSI**

**PUBLICAE DISQUISITIONI**

**SUBMITTIT**

**STEPHANUS JEZSÓ,**

**HUNGARUS NITRIENSIS.**

Theses adnexae publice defendentur in Palatio Universitatis  
majori, die Augusti 1834.

---

**P E S T I N I**

**TYPIS J. M. TRATTNER-KÁROLYIANIS.**

**In platea Dominorum 612.**

— nullus morbus adeo popularis est, ac Scabies,  
et qui medicos conatus magis eludat, —

RAMAZZINI *Oper. omn. p. 177.*

Da mihi te, morbumque tuum, reparabile damnum est,  
Si tangi nostra vulnus ab arte sinis.

• PAULI MAKO *Elegia XXII. p. 80.*

**ILLUSTRISSIMO**

**DOMINO DOMINO**

**COMITI**

**JOANNI NEP. PONGRÁCZ**

**DE SZENT-MIKLÓS, ET ÓVÁR,**

**SACRAE CAESAREO-REGIAE APOST. MAJESTATIS**

**CAMERARIO,**

**ET**

**EXCELSI CONSILII REG. LOCUMT. HUNGARICI**

**CONSILIARIO;**

**COMPLURIUM I. I. COMITAT. TAB. JUD.**

**ASSESSORI. etc. etc.**

**V I R O**  
**FIDELITATE IN REGEM**  
**AMORE AC MERITIS IN PATRIAM**  
**C L A R O**  
**ERUDITIONE MANSVETUDINE**  
**HUMANITATE AC LIBERALITATE**  
**NULLI SECUNDO**  
**SCIENTIARUM CULTORI, ERUDITORUM FAUTORI**  
**HAS LABORUM SUORUM PRIMITIAS**  
**IN**  
**PERENNE VENERATIONIS MONUMENTUM**  
**O. D. Q.**

**AUCTOR.**

# Praefatio.

**S**apiens et laudabile sane est Majorum nostrorum institutum, vi cuius singuli, ut in sphaeram publici usus recipiatur, debitum eruditionis testimonium palam sit. Ea propter legi huic, quam sancte veneror, satisfacere adnitens, mihi quoque *Dissertatio*, morbum, generi humano frequentia sua tantopere molestum, Psoram nimirum pertractando, elaboranda fuit. Objectum hocce, quantum conatus mei, unice salutis aegrae humanitatis dicati, concesserunt, omni ex parte enucleare satagebam; ast brevitatis temporis obstitit, quo minus ardentis hujus mei desiderii compos fieri, et plures fontes adire valuerim. Consului tamen Auctores, ut ex decursu opusculi hujus videre est, cum antiquos, tum recentissimos, optimos. Ne vero quis, ut communiter vulgi opinio esse solet, credat, me materiam, a quolibet, Artis Aesculapicae imperito etiam tractatu, curatuque facilem elegisse. Si enim quid plebi, medicina populari, variis superstitionibus et traditionum figmentis maximam partem superstructa, huic morbo medentibus, ex voto cedat, id neutiquam curae rationali, verum naturae ac casui fortuito, ab omni prorsus sanae rationis imperio remoto, tribuendum venit. Quanta pericula, quantaque deleteria mala plebs inculta sibi, aliisque ex praepostere sanata psora absque consideratione momentorum causalium, complicationum, individualitatis etc. jam consciverit, et adhuc consciscere pergat, id vel ex hoc brevi opere meo, omnis salutis suae studiosus, facile perspiciet. Quid vero tenuitate virium mearum praestiterim, aequo benevoli Lectoris iudicio substerno.



Tu mihi, qui recto metam contingere cursu  
Et cupis, et nescis, scire docendus eris.

PAUL. Mako *Eleg. XVIII. pag. 53.*

Cur aliquis cadat adversi sub pondere fati,  
Dum, quod ferre nequit, ponere nescit onus.  
Nascentique malo totis conatibus obsta:  
Fac, tibi praecipuo lex sit ut ista loco.  
Quis, nisi mentis inops, admittat moenibus hostem,  
Et teneat prudens unde perire velit?  
Difficile est, fateor, primos arceri dolores;  
At labor admissos pellere major erit.

*Idem Eleg. XXII. pag. 70. 80.*

**Scabies** juxta ethymon vocis spectata, derivatur a scabendo, vel scalpendo, vel a scabritie. Graecis dicitur *ψώρα*, (a *ψάω*, *ψάωω*): Gallis, Gale, Teigne; Italis, la Rogna; Hungaris, Ruh; Germanis, die Krätze; Slavis, Svrab; Serbis, Schuga; Croatis, Srab; Valachis, Rie.

Haec denominatio scabiei, est valde extensa, cum pluribus cutis morbis prurientibus communis sit.

In nullo-medicina antiquorum nomine scabiei omnia veniebant mala armentorum cutanea, quemadmodum apud VARRONEM et VIRGILIUM 1) pluribus locis videre licet. Idem vocabulum sensu quoque metaphorico apud veteres occurrit scriptores: ita HORATIUS 2) lucri scabiem etiam vocat immoderatam multa possidendi libidinem. CICERO 3) ipse scabiem voluptatis appellat impuram illam deliciarum titillationem, quae nos a vero seducit.

Psora graecorum eundem etiam cum scabie apud hodiernos designat morbum; licet variantes admodum sint morborum cutaneorum formae, sub eodem nomine a medicis graecis intellectae. HIPPOCRATES nomine *ψώρας* omnem intelligit morbum cutaneum prurientem. Graecis aliis et GALENO morbus scaber, inter Lychenem et Leporam intermedius, non tamen ipsa scabies. CELSUS 4) primus hoc nomine morbum specialem, ab aliis probe distinguendum, exacte descripsit: „Scabies vero est durior cutis, rubicunda, ex qua pustulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam sicciore. Exit ex quibusdam sanies, fitque ex his continuata exulceratio pruriens, serpitque in quibusdam cito. Atque in aliis quidem ex toto desinit, in aliis vero certo tempore anni revertitur. Quo asperior est, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur. Itaque eam, quae talis est, *αγρία*, id est ferinam Graeci appellant.“ 5) Hinc apparet, Celsum omni jure primum habendum esse, qui de scabie, tanquam morbo peculiari, distincte scripsit, quem dein plures Auctores recentiores secuti sunt. AETIUS. PAULUS AEGINETA, ORIBASIVS, titulo psorae de vera loquuntur scabie. Unde vapulat nonnullorum medicorum, uti et PRINCIPLE 6) sententia, qua scabiem, morbum veteribus penitus ignotum fuisse, contendere non dubitarunt.

Morbus hic fere ab omnibus Auctoribus ad impetiginas, a SVEDIAER 7) ad DERMATODES seu cachexias cutaneas: ab Illustrissimo ab HILDENBRAND ad cachexias impetiginosas, relatus est. CELSUS 8), ut ex definitione ejus patet, duplicem, gradu solum differentem, mitiorem seu simplicem, et gravio rem, quam *αγρία* seu ferocem adpellat, nullamque, nisi quae a symptomatum vehementia nascitur, distinxit inter utramque naturae diversitatem.

1.) Georgi. Libr. III.

2.) Satyr. Libr. II. Satyr. 2.

3.) De oratore.

- 4.) A. Corn. Celsi de Medicina libri octo. Monasterii Guestphalorum. Anno 1827. Edit. Waldeck.
- 5.) l. c. Lib. V. Cap. XXVIII. pag. 175 N-ro 16.
- 6.) Krankh. der Armee. Altenburg 1772. pag. 408.
- 7.) Novum medic. rationalis systema. T. II. Halae 1812.
- 8.) l. c.

## §. 2.

Praecipui Auctores, qui circa morbum huncce consulerentur, sunt sequentes:

PETRI BAYRI Enchiridion de medendis humani corporis malis. Lugduni 1565.

THEODOR KRAANEN, Lumen rationale medicum, seu Praxis medica reformata. Medioburgi. 1686.

ALBERTI Diss. de scabie. Halae 1718.

LAURENT. HEISTERI compendium medicinae practicae. Venetiis. 1759.

J. G. KRAUSE Diss. de scabie corpor. hum. Lips. 1779. 4.

LEVI Diss. de varia scabiei indole. Götting. 1790.

J. E. WICHMANN Aetiologie der Krätze. Hannov. 1791.

EDM. VINC. GULDENER v. Lobes Beobachtungen über die Krätze, gesammelt im Arbeitshause zu Prag. Prag 1795.

HILDEBRANDT, Diss. de methodo verae scabiei medendi, ratione et usu comprobata. Götting. 1796.

IDEM Bemerkungen über den Krätzausschlag. Hannov. 1797.

J. C. G. ACKERMANN, von der Krätze, mit besonderer Rücksicht auf Spitäler und öffentliche Krankenanstalten. (Bemerkungen über die Kenntniss und Cur einiger Krankheiten. Heft 5. Nürnberg. 1798).

AUTENRIETH, Diss. de morbis e scabie oriundis, magistratum attentione non indignis. Tübing. 1807.

J. C. GALÈS, Essai sur le diagnostic de la gale, sur ses causes et sur les conséquences médicales pratiques à déduire sur les varies notions de cette maladie. Paris. 1812.

FRIEDRICH JAHN, Klinik der chronischen Krankheiten, Zweiter Band. Erfurt. 1817.

KARSTEN, Über Krätze und deren bequemste, schnell wirkendste und sicherste Heilart. Hannov. 1818.

MOURONVAL, Recherches et observations sur la gale, faites à l'hôpital St. Louis à la clinique de Mr. Lugol, Paris. 1821.

WILHELM. ANDR. HAASE, Über die Erkenntniss und Cur der chronischen Krankheiten. Dritter Band. Wien. 1829.

FRANCISCI BENE, Elementa Medicinae Practicae, Tom. II. Pestini. 1833.

## §. 3.

Scabies s. psora est impetigo s. evanthema specificum, afebrile, chronicum, contagiosum, forma papularum, pustularum, aut vesicularum aliquantum segregatarum, parum acuminatarum, prurientium se se manifestans. erumpens e cute rubicunda et duriore, initio in interstitiis digitorum extremitatum, saepius superiorum. hinc per carpos, cubitos, genua, abdomen, interdum per integram corporis

superficiem, facie sola excepta se extendit; sub aestu motuque corporis, nec non lecti tepore prurimum adauctum, imo dolorem ardentem saepe ciens; in squamulas tandem, crustas, aut ulcera terminandum.

#### §. 4.

E brevi hac definitione patet, morbo huic merito characteres essentialis adnumerari posse sequentes: 1. quod psora sit contagiosa, eundem hominem in vita pluribus vicibus infestans; 2. quod successive extendatur et propagetur; 3. quod simile et ipsa productum in cute generare queat, ac similem processum in organismo etiam alio, pro actione ejus disposito, producat; 4. quod ab initio sistat morbum mere cutaneum, reliqua organismi parte ab omni lae libera; 5. tandem non pauci characterem essentialis eo in momento quaesivere, quod faciem semper intactam relinqueret, 1). Erant porro, uti Lorry 2) qui characterem psorae essentialis in asperitate cutis pruriginosa situm ita esse existimarunt, ut illa silente sileret, reviviscente revivisceret.

1.) Lieutaud synopsis prax. med. P. 1. pag. 224.

2.) de morbis cutaneis.

#### §. 5.

Morbum hunc sub duplici forma occurrere, infra uberius patebit; nimirum forma psorae verae et spuriae. Discriminatur autem haec a psora genuina eo: 1. quod nunquam contagio propagetur; 2. quod plagas, quas scabies vera infestare amat, minime adgrediatur, imo saepius ne quidem vestigium in iis animadvertatur; 3. quod in tota corporis superficie, saltem in plagis amplioribus abdominis, dorsi, pectoris simul compareat, et veluti uno ictu prodeat, ab illis citissime in cutem reliquam, neque ipsa facie excepta, diffundatur; 4. quod iisdem sub conditionibus ac scabies vera pruritu tam gravi plane aegrum non molestat. — An sub datis certis conditionibus evolvere possint contagium, quod sanis communicatum, scabiem genuinam producere valeat, adhuc sub iudice lis est.

Minime tamen sufficiens esse videtur haec distinctio adducta, cum scabies genuina variis saepesaepius symptomatibus modificata in lucem emergat; ut adeo divisionem hanc, divisioni Cell. HAASE 1.) superstruere oporteat.

1.) l. c.

#### §. 6.

Prima et maxime utilis divisio est in: Scabiem veram, idiopathicam, contagiosam, et Sc. spuriam, symptomaticam. Haec posterior a multis auctoribus nomine Psoriasis, ab aliis Psidraciarum nomine insignitur; quae expressio etiam aliis morbis cutaneis, licet minus congrue, tribuitur. Singulam nunc speciem e re erit seorsim exequi.

A.) Scabies spuria, s. symptomatica, s. Psoriasis, ab aliis Psidraciarum cujus nota characteristicam in

data supra descriptione satis apparet. Juxta auctores nonnullos, uti J. P. FRANK 1.), et JOS. FRANK 2.) pro diversitate causarum excitantium. in exanthema pure topicum et Universale tanquam symptoma alicuius diathesis, dispescitur.

Primaë classi ceu locali cutis vitio adnumerantur:

1.) *Psudracia Artificum*, puta sartorum, cripsatorum, praecipue talium, qui perficiendis laboribus, pulveres imprimis acriores excitantibus, detinentur; porro qui oleis rancidis tractandis operam suam impendunt.

2.) *Psudracia ab immunditie*, est effectus immundi vestitus; praecipue per rudiores laneum, non raro etiam per externa medicamenta, velut irritantia, acria remedia, Unguenta, ac Emplastra, producitur. Interdum Ung. hydcargyri cinereum, simile exanthema gignit, multo facilius, uti constat, Ungv. Autenriethii.

3.) *Ps. Thermalis*, quae oritur non tantum post exterorum usum mineralium, praecipue alcali et sulfur continentium, aquarum, ut pote Teplicziensium, Aquisgranensium, Vishodensium etc.; imo frequenter ut Cell. V. ANDR. HAASE 3.) observavit, apud integras familias dum consuetum domicilium mutant, et aquam una insolitam in usum trahunt; in his casibus brevi evanescens.

Ad Secundam classem referuntur, iuxta auctores laudatos, sequentes species:

1.) *Psudracia plethorica*, quae consistit in rubicundis, parvis, elevatis, acuminatis pustulis, et quae non nunquam apud iuvenes sexus utriusque tempore pubertatis, vel suppressorum catameniorum, prout etiam ex abusu spirituosorum in facie imprimis comparent.

2.) *Ps. gastrica*, est symptoma secundarium status gastrico-saburralis, pituitosi, saepe etiam ex statu morboso viscerum cavo abdominis inclusorum, et ex hypochondria cum materia oritur; in his casibus non raro etiam criticum et benignum symptoma constituit.

3.) *Ps. syphilitica*, est symptoma evolutae, perfectae luis syphiliticae, et huic speciei id proprium est, quod nimis raro in manibus, crebrius vero in brachiis et pectore, frequentissime in facie, et in ipsa capillata cranii parte interdum, compareat, et eminentias cuprei coloris, nec non pustulas tetri aspectus, obscure-rubro violaceo ambitu cinctas, non tam pruritus, quam noctis praecipue tempore ardoris sensu molestas, formet.

4.) *Ps. Scorbutica*, est aequae symptoma fidum scorbuti, tum navalis, tum in continente obvii, ab iisdem exteris relationibus, quibus scorbutus evolvitur, producendum. Format duras eminentias, et pustulas, quae in omnibus locis systematis dermatici erumpere possunt, et sua externa forma ac pruritu, quem excitant, omnino cum illis scabiei conveniunt; sed ab his partim per universalem statum suum scorbuticum, partim per echymoses, inter quas in

conspectum prodeunt, distinguuntur. Ex hac psudracia scorbutica, imprimis dum pustulae copiosae confluant, saepe etiam ulcera scorbutica efformantur.

5.) *Ps. Vaccinae*, est exanthema, quod post aliquot septimanas ab inoculatione vaccinae facta, sub forma solitarum mox majori, mox minori copia prorumpentium pustularum occurrit, in nullo cutis loco constans, et intra 8—14 dies terminatur. Pustulae ipsae rubro, aliquot lineas lato, eminenti ac duro cinguntur margine, liqnore purulento turgente, et vel sulcos formando, vel excoriationes relinquendo, rupuntur; et vaccinae negotium, quod semper praecedat, earum diagnosim facilem reddit.

6.) *Ps. infantilis et senilis*; sub infantili intelligit J. P. FRANK 4.) prurientes, pustulosas in tota superficie corporis, in ipsa facie, et parte capillata capitis occurrentes excussiones, quae saepe apud infantes mox post natiuitatem, et ita crebro etiam sub periodo dentitionis comparent; sub posteriori vero tale exanthema, quod aetatem propectam invadit, et vehementi ardore ac erosione stipatur, communiter omnia remedia eludit, et usque mortem persistit.

Tandem nominati auctores adiciunt et:

7.) *Ps. Criticam*, quae iuxta illos in talibus consistit pustulis, quarum eruptione interdum, non tamen semper, febres gastricae praepremis, et pituitosae notae, item non nullae intermittentes, inspecie supra nominati, videlicet gastrici et pituitosi characteris, prout et aliqui chronici morbi, status gastricus et pituitosus chronicus, status item scrophulosus, et hemorrhoidalis; infarctus abdominales, etc., benignam crisin et iudicium experiuntur. Juxta observationem Cel. HAASE 5.) obtinet haec species psudraciae criticae in nonnullis chronicis exanthematibus febrilibus, characterem lymphaticum, synochi, etc. praeseferebantibus.

Sunt non pauci, qui scabiem ob formam et accidentias quamdam laterales dividunt adhuc in papuliformem, pustulosam et vesicularem, ac tandem respectu effectus, in cachecticam. Talis est herpes seu scabies indica Bontii 6.) seu scabies indica Sauvages 7.) valde contagiosa, copiosissime erumpens, intense pruriens, nec faciei parcens, ad omnem medellam pertinacissima.

Datur quoque scabies a contactu animalium, canum, felium, suum etc. scabie infectorum, oriunda; totum corpus forma pustularum copiosarum, intense prurientium, basimagis inflammatarum, duriorumve, cum superficie cutis aspera, colore bruneo notata, obsidens.

Comparent etiam in arboribus efflorescentiae, illis scabiei multum analogae, ut adeo et scabies arborum, Germanis Raute dicta, existat.

Nec desunt quoque specimina scabiei ad partem aliquam solum, brachium, crura, vel plagam aliam, limitatae; quae

le exemplum Baldinger o 8.) in rustico observandi, non defuit occasio.

- 1.) De curandis hominum morbis Epitom. Lib. IV. pag. 180-183
- 2.) Praxeos medicae univ. praecepta P. I. vol. II. pag. 436-438.
- 3.) l. c. pag. 197. §. 606.
- 4.) l. c. pag. 182.
- 5.) l. c. pag. 199. §. 606.
- 6.) Medic. Indorum Lib. III. Cap. 6.
- 7.) Nosol. Methodica.
- 8.) Von den Krankheiten einer Armee, 2-te Auflage. Laugen-salze 1774. pag. 367.

### §. 7.

B.) *Scabies vera*, cujus characteres e §§ 3 et 4. sufficienter eruuntur, dividitur sequenti modo:

#### I. in *Scabiem humidam et siccam*.

1. *Sc. humidam* efformant crustae, ex effusis humoribus ortae; sub quibus exsudatio lymphatica vel suppuratio adhuc aliquamdiu perdurant, ex quibus hae crustae propululant, et tandem decidunt.

2. *Sc. sicca* oritur, dum crustae in locis morbois, quae occupant, exsiccantur, et simplici desquamatione epidermidis terminantur. Caeterum instar constantis et principalis phaenomeni adhuc peculiaris odor attentionem meretur, quo scabie affecti atmosphaeram, illos proxime circumdantem, impraegnant, et illi, quem panis mucidus spargit, simillimus est.

#### II. in *S. sporadicam, endemicam et epidemicam*.

1. *S. sporadica* est morbus frequentissimus et communissimus, ut ex supra jam adductis luculenter patet.

2. *S. endemica* imprimis occurrit apud homines sortis inferioris, qui in domiciliis sordidis, impuris, multi in angusto cubili degunt; hinc frequens morbus in Orphanotropheis, contuberniis, castris, nosocomiis, monasteriis, aedibus correctoriis, ubi scilicet morbus fomite contagioso, per mutuum commercium continuo sustentato, propagatur.

3. *S. epidemica*. Nulla argumenta pro hac specie scabiei supersunt firma; quod interdum multi homines eodem tempore scabie inficiantur, id non epidemiae, sed influxui potius atmosphaerae endemico, qui cives plures, in mutuo nexu viventes, aggreditur, tribuendum erit; qui non tam excitans, quam praedisponens potius pro hoc contagio suscipiendo, largitur momentum. Et non nisi hoc sensu, praedispositione praesente, faventibus aliis circumstantiis, hocce exanthema epidemici aliquid in se recondere posset. Ita etiam juxta mentem Magnifici Domini, Celeberrimi ac Experientissimi Viri FRANCISCI BENE, „scabies haec nunquam est epidemica, quae producta esset per constitutionem peculiarem atmosphaerae, sed est semper contagiosa, excitata tantum per contagium specificum. fixum.“ — Scabies spuria epidemica facilius oritur, cum nonnulli morbi, quibuscum scabies spuria complicatur, non raro epidemicum praese ferunt characterem, uti id obtinet in statu

gastrico, bilioso, et pituitoso, chronicis, et certo sensu in ipso scorbuto.

### III. in *Scabie simplicem et complicatam.*

1. Quid scabies simplex sit, nulla indiget uberiori explicatione.

2. S. complicata est vel accidentalis; vel est sequela diutius excurrentis exanthematis, intensius systema reproductionis adgredientis, uti scrophularum, atrophiae, gastrici et pituitosi status, phthisis, infarctuum in visceribus abdominalibus et systemate lymphatico. Hae complicationes sunt copiosiores in scabie spuria, quam in vera. In illa enim complicationes hae constituunt illos status morbosos, qui ipsius exanthematis non nisi symptomata sunt.

### IV. in *Sc. Periodicam.*

Haec interdum evanescit, et redit periodice; cum illi morbi, a quibus dependet, uti syphilis, scorbutus, status gastricus et pituitosus, nec non anomaliae catameniorum, hemorrhoidum etc. in conspectum veniunt. Est igitur haec species scabiei semper spuria.

### V. in *Sc. Retrogradam, Retropressam, Retrocessam, Retropulsam.*

Sub hac specie intelligitur subita disparitio scabiei e cute cum inflammatione et secretione incedentis, variis causis et remediis producta, quae incaute admissae causae et adhibita remedia, inflammationem exanthematicam, ac congestiorem in systemate dermatico immediate supprimunt. Sequelae ex subito suppressa scabie sunt multum periculosae; evolvuntur enim antagonistico modo varii morbi, uti catharrhi chronici, inflammationes pulmonum, phthisis, asthma, arthritis, chronicae blennorrhoeae, hydropes, indurationes glandularum, dolores colici, diarrhoeae habituales, ipsa cophosis, visus alienationes, cataracta, amaurosis, etc.

### VI. denique in *Criticam*

Sc. haec in illo tantum casu occurrit, ubi sua disparitione modo antagonistico morbos licet graves produxit, rediens tamen eos multum mitigavit, aut penitus sustulit.

#### §. 8.

Decursus morbi. Venit scabies in conspectum ea communiter in parte, cui contagium immediate applicatur; in manibus scilicet frequentissime, et quidem in interstitiis digitorum, ex quibus sensim ad articulationes serpit, non tantum manus utpote carpum et cubitum, sed etiam ad poplitem; hinc ad crura, femora, lumbos, dorsum, pectus, et pedetentim per universam corporis superficiem, parte capillata capitis et facie exceptis, propagatur.

Inchoat semper cum nodulis minimis, albis, communiter solitariis et diffusis, non raro coacervitis, prurientibus, ad basim durissimis, in papulas mox et vesiculas, humorem



limpidum continentibus, abeuntibus, successive elevandis, et incrementibus. Humor iste diaphanus in apicibus papularum et vesiculis contentus, successu temporis in fluidum puriforme mutatur, vel pustulis frictu disruptis, efformat crustulam albicantem, vel subinde et alterius coloris. Vesiculae hae transparentes multum pruriant, efficientes ab initio sensum nequaquam inamoenum, ex voluptuoso et ingrato mixtum 1.) ad scalpendum invitantem. Quam dein voluptatem acerba mox insequitur poenitentia; nam dum scalpuntur, molestae evadunt, dolentque serius; ad vesperras prurigo augetur, quin tamen per diem cessasset, non secus et aquocunq; corporis calore. ad fornacem, sub lecti tepore, a motu, post assumtos cibos et potus, multum nutrientes, et stimulantibus. Pruritus saepe locum mutat, mox has, mox illas magis vexans partes, papulis tamen iisdem semper, et ubi prurigo cessavit, manentibus, nec imminutis, nec numero auctis. Corpore actioni frigoris exposito, et a quolibet cutis spasmu, nisi admodum copiosa fuerit scabies disparere videtur, cutem tactu asperam relinquens; sub calore vicissim reditura. Pueris, pauperibus, cute sensili a natura donatis, infensior. Omni anni tempore comparere solet, hieme tamen frequentior RAMAZZINI 2.) immunditie, praeprimis cutis, multum promotae. Sibi relicta, solis naturae viribus nunquam sanatur, sed citius vel ocyus abscessu terminatur, „quibus contenta sanies in cutem subiectam operatur, pars eius resorpta cum sanguine miscetur, visceribus tandem et glandulis, nisi a sanis expulsa, separata, insidias fere structura“ sunt verba magni J. P. FRANKII 3.)

1.) Plato malum hinc vocat mixtum ex dolore et voluptate.

2.) Hanc autem esse scabiei indolem, ut hieme luxuriet, ac magis saeviat, aestate vero evanescat, vel saltem mitescat, iam norunt omnes. Oper. omn. pag. 178.

3.) l. c. lib. IV. pag. 172. edit. Mannh.

### §. 9.

Consistit igitur scabies, uti ex accurata collectione symptomatum, quibus stipatur, manifeste elucet, in affectione inflammatoria systematis cutanei, quae mox sive in serosam, aut lymphaticam exsudationem, sive etiam in suppurationem sub epidermide contingentem terminatur; quae epidermis elevatur, sicque pustulas format. In genere videtur scabies sedem suam in systemate capillari cutis figere, et corium subjacens intactum relinquere; proinde non profunde in cutim penetrare. Quod etiam ex erysipelatoso caractere inflammationis, scabiem comitantis; partim ex simplici scabie, nullam prorsus cutis devastationem inducente, sub forma cicatricum conspicua, apparet.

Discrimen inter scabiem siccam et humidam juxta mentem Cell. HAASE, ex varia indole lymphae exsudatae desumitur. In sicca nimirum scabie exsudat serosus humor in parva saltem quantitate, cito evaporandus, et de squammatione epidermidis solum terminandus; in humida vero est exsudatio magis lymphatica, minus volatilis, non

evaporanda; sunt insuper sulci et ulcera, cum producentia. Hinc igitur patet, peculiarem acrimoniam scabiosam, irritamentum specificum, vel contagium scabiosum proprium, quod saepe, ceu proximam causam hujus exanthematis proposuerunt, nulli firmo iuncti fundamento.

#### §. 10.

Duratio scabiei est incerta. Vera et recens ota scabies, quae non per Diathesim internam sustentatur, brevi terminatur. Si vero ad eius genesis immundities et neglecta cura partim in therapeutico, partim in dietetico regimine fundata, concurrant; vel si offendat in aliquam morbosam dispositionem in organismo latentem, tunc evadit pertinax, et per menses, imo annos excurrit.

Ad brevem scabiei durationem conferunt: cura imprimis conveniens, mature adhibita, tempore scilicet ad contagii in organismo propagationem nullo concessa; cutis et totius corporis conditio laudabilis. Scabiem enim citius in subjecto bene nutrito, nulla Diathesi universali affecto, juvene etc. sanari, in aprico est. Tempestatis denique ratio favens, sicca, moderate calida; victus recens, eupeptus, quantitate sufficiens, viribus digestivis aptus; summa munditiei cutis cura, et frequens vestimentorum mutatio — Sunt totidem conditiones ad brevioram psorae durationem, symbolam suam conferentes. Contra minus frequens mutatio vestimentorum constituit non exiguum momentum, ad longiorem durationem scabiei conferens. Siquidem vestimentis, durante morbo corpus cooperientibus, eodem profligato, denuo assumtis, novum quasi contagium corpori admotum, novam illico producere potest infectionem; ita ut eiusmodi in casu non tam diuturnam scabiei durationem, quam potius novam infectionem supponere liceat. Sub contraria rerum positione psoram chronicum decursum assumere debere, sponte patet; confert insuper ad chronicam scabiei durationem etiam complicatio cum aliis morbis.

#### §. 11

Ex praemissis apparet, efflorescentiam hanc dermaticam pro ratione durationis suae et complicationis cum aliis morbis, uti syphilide, scorbuto etc. etiam ad Cachexias jure referri, quod minime incongruum est. Nam suo longo decursu habitum corporis depravat, pruritu, dolore et insomniis eandem concomitantibus, non modo omnis cutis graviter afficitur, sed etiam membranae, systema lymphaticum, organa digestionis, atque omnes vegetationis partes in consensum ractae, pessumdantur. Cutis admodum sensibilis evadit, in atarrhos et rheumatismum aegrum disponens, pallida, flavicans, lurida, hinc inde exulceratur, dura, tumens, tuberculosa fit; imminuitur, imo prosternitur appetitus; glandulae lymphaticae, et ipsa viscera abdominalia volumine augentur; emaciatur corpus; labuntur vires; perfecta evolvitur cachexia; accedit morbo continuante febris lenta, hydrops, scorbutus pessimus.

**Aetiologia.** Multiplices sunt causae, a variis medicis pro origine scabiei declaratae. Peculiaris vero praedispositio pro psora universim determinari nequit. Sed tamen illa gaudent plurimi homines, „nam invadit morbus hic omnem aetatem, omnem sexum, et omnem classem hominum; ita etiam morbus observatur inter egenos, et qui curam munditiei negligunt.“ etc. 1) Communiter quidem aetas juvenilis chronicis exanthematibus est magis obnoxia; hinc haec vitae periodus pro scabie velut praedisponente momento remoto assignari aliqua ratione posset. Si quidem hac aetate systema reproductivum et dermaticum, externis influxibus, velut sensibilius, minus resistere valet; quod praeprimis de constitutione atmosphaerae frigidae, et humidae praedicare licet: quam ob rem etiam psora, crebrius hyeme, ac aestate grassari observatur, in qua cura morbi citius, et cautelis minus solerter adhibitis, prospero coronatur eventum. Porro auget praedispositionem in psoram commoratio in cubilibus et domibus angustis, copiosis hominibus refertis, uti domibus correctoriis, nosocomiis etc. ut supra, adeo ut sub his rerum adjunctis facile comprehensu sit, infectionem morbi nominati multo magis promoveri. Item momentum praedisponens pro psora citra dubium constituunt vitae rationes immundae, et sordidae occupationes. ita experientia quotidiana testatur, plures opifices, veluti: sartores, pannorum, tibialium, udonum etc. confectores, lotrices, agazones, huic efflorescentiae cutaneae saepe numero obnoxios esse, alios contra, quorum labores majori cum munditiae vi officii peragendi sunt uti: molitores, pistores, et secundum J. P. FRANK 2) tales, qui destillatione spirituosorum detinentur, raro psora corripi; homines item, qui magnesio oxydato nigro occupantur, a scabie magis tutos esse, et CEL. V. A. HAASE. 3) observatione Grillii fretus, testatur, id ipsum observatur apud tales homines, qui multum et diu vegetabilibus principio tanino instructis, sulfure, et pluribus metallis adstringentibus uti: Plumbo, Zinco, Hydrargyro distinentur; praeterea apud Cerdones, Figulos, Pictores etc. rarius. — Fateri attamen oportet certam dari internam, non accurate perspectam, pro psora praedispositionem, hoc demonstrant non multi tantum casus, ubi integrae familiae scabie corripiuntur, et tamen non nulla individua, licet occasione contagium suscipiendi, uti et caetera exposita fuerint, integra et intacta manent; verum etiam inania pericula, quae interdum ad scabiem, post subitam ejusdem retrocessionem, artificialiter instituendam, adhibentur. — Talem internam dispositionem pro psora revera necessariam esse, in me ipso expertus sum, dum cum collega meo, hocce morbo affecto, in uno eodemque decubuissem lecto: quem cum tertius collega petiisset, simul fomitem morbi, qui me penitus intactum reliquit, retulit. —

*Praedispositio tandem pro scabie spuria fundatur nunc in eo morbo, cujus in altiori gradu evoluti, ipsa symptomata constituit.*

- 1.) Fr. Bene. l. c. pag. 319. §. 271.
- 2.) l. c. pag. 169.
- 3.) l. c. pag. 185. §. 598. Nro. 2. f.

### §. 13.

*Negari quidem haud potest, contagio interdum corripit aliquos, licet nullius praegressae infectionis, et contagium suscipiendi occasione se expositos fuisse meminerint; et inde evidens test, eandem in nonnullis casibus absque immediata translatione contagii ad alterum individuum, sub variis externis influxibus praecedenti §. expositis, etiam evolvi posse; ac sic producto miasmate ad alios propagari; multo tamen crebrius, et paene exclusive suam originem contagio debet.*

*Quemadmodum aliorum miasmatum natura nos fugit; ita etiam hujus miasmatis scabiosi indolem internam neullquam perspicimus. Ejus solum relationem externam, ratione effectus in organismum humanum exerentis, cognoscimus. Pertinet nimirum hocce miasma omnino ad sic dicta fixa, non agit in distans, sed unice tantum per immediatum contactum vel ipsius liquidi in pustulis scabiosis generati, vel per usum rerum, imprimis vestimentorum ac lectisterniorum, hoc mucro inquinatum. Vehiculum pro infectione est unice in pustulis scabiosis generatus liquor, serosae, lymphaticae, aut purulentae indolis. Videtur tamen hoc miasma ad activitatem suam exerendam, praeter illa adminicula in §. 12. citata, etiam certam receptivitatem adhuc ex parte organismi poscere, quam pro diversitate organismorum diversam esse, in proprio corpore luculentum testimonium confirmatum vidi, quod superiori § exhibui. Suscipitur autem hoc contagium per omnem partem corporis, frequentissime per manus, et quidem intra digitos, ubi infra cutim teneriorem plura vasa lymphatica decurrunt; apud infantes animadvertente CELL. GULDENER 1) incipit morbus saepe inter nates, dum infantes per nutrices, scabie affectas, portantur. — Denique hoc miasma id proprii habet, quod receptivitatem pro nova infectione minime delect.*

1.) l. c.

### §. 14.

*Ultimis decenniis saepe agitata fuit haec quaestio, utrum miasma hocce scabiosum animatum vel inanimatum sit.*

*Illustrissimus Eques CAROLUS a LINNÉ 1) primus scabiem ab Acaro exulcerante derivavit. Verum Jos. FRANK 2) plura loca antiquiorum Medicorum citat, ubi vestigia manifesta hujus idae inveniuntur; postea etiam CELL. WICHMANNUS 3) ab opinione hac minime alienus, hanc sententiam ultra probavit; ac plures celebres Medici uti J. P. FRANK 4) et Jos. FRANK 5) eidem sententiae sunt adstipulati.*

*Juxta hanc doctrinam praefatorum Medicorum oritur scabies per ita dictum acarum exulcerantem, qui in pustulis scabiosis, in superficiem corporis erumpentibus et liquore*

quo impletis, vel etiam proxime penes easdem in subtilissimis plicis cutis ac rugis occurrit, epidermide tectus ad vicinas plagas cutis proserpit, quam maculis et striis rubris, filiformibus distinguit. Hoc insectum alias nullibi reperibile, nisi solum et unice in pustulis scabiosis, ab aegrotis ad sanum immediate, vel per vestimenta transferendum, calore magis fectum fortius se motitans, frigore a motu cohibendum. Hinc explicatur molestus ille sensus pruritus apud psoriasis affectos, qui calore augetur, frigore contra decrescit. Memorati auctores, hanc doctrinam assumentes, provocant se ad efflorescentias pustulosas immundorum et variis cutis insectis obsessorum individuorum, ac ad celeres et tuto effectus remediorum externorum topicorum; ut aden ex hoc respectu valde consecutive sequelas sic dictae retrogradae scabiei in magnum dubium vocent.

Alii contra ut LEVI 6), GROSSMANN 7), SAGER 8), STARK 9), hanc doctrinam acriter impugnant: dum

1. Suis microscopicis observationibus freti, negant tales Acaros, nec statim in exordio morbi, nec in sicca scabie comparere, sed semper in ulteriori ejus decursu solum, in specie in humida et ulcerosa scabie, quae tunc ejus est indolis, ut in ea vermes generari possint, non secus ac aestatis praecipuis tempore, et in aliis malis ac impuris ulceribus reperiuntur.

2. Scabiem solum et unice externis remediis sanari posse, certum est, minimeque demonstrat, ejus causam excitantem etiam absolute externam esse debere. Evidens est, scabiem nos ita tuto internis remediis sanare, licet aliquantum in longius cura excurrit, quam tantum accelerare valeamus, si penes interna remedia, externa quoque in auxilium vocamus. Phthiriasis contra, quae unice per irritamentum a verme cutaneo producit, quaeque secundum contrariam sententiam tuentes medicos revera occurrit, cuncta interna remedia frustra adhibebis, nisi externa quoque, hunc morbum unice sanare valentia, in usum traxeris. Sunt praeterea etiam alii morbi, qui externis remediis cedunt, quin per insectum simile producti et sustentati fuissent; sic v. g. syphilis etiam convenienti usu externorum remediorum feliciter curatur; sunt insuper certa remedia externa ut unguentum sulfuris, certis plagis corporis applicita, per universum mox organismum effectum suum diffundentia, sicque morbum memoratum suffocant.

3. Porro non congrue explicatur scabies ab insecto producta, cum nullum exanthema aliud a simili insecto productum observare licet; nec ulli analogiae hoc respectu locus concedi potest, sicque minime explicari, cur post actionem illius acari exulcerantis, exanthema scabiosum constanter formam pustulosam retineat; sicut etiam difficile intellectu est, cur secretio mox serosae, mox lymphaticae, mox purulentae indolis sit.

4. Quamquam externis remediis, uti diligenti vestium commutatione, crebro lotionis, balneorumque usu, curam

scabiei promoveri et perfici, minime negamus; omnium tamen scabiei causam excitantem remediis externis removeri posse, nequaquam sequitur; si quidem similibus remediis et aliorum chronicorum exanthematum crises et sanationes multum adjuvari, constat.

5. Ita etiam minime explicantur metastases post subito suppressam scabiem prorumpentes, quas experientia multiplici fulciti nequaquam ignoramus, et de quibus etiam aeseclae theoriae, acarum exulcerantem defendentis, non dubitant; etiamsi insectum balneis, sulfure, hydrargyro perimitur, metastases tamen continuare, in aperto est, quae minime contingunt, dum Insecta caput infestantia externis remediis necantur; neque juxta theoriam priorem mente assequeremur, qui vesicantibus, synapismis, emplastris irritantibus, inunctionibus talibus, nec non balneis similibus retrocessam scabiem revocare possemus, si scabies unice per ita dictum acarum exulcerantem produceretur.

6. Tandem LEVI et STARK 10) plurima experimenta cum his acarum exulcerantibus instituerunt. Imposuerunt eos nimirum cuti sanorum hominum, sed scabiem non excitarunt: perierunt procul dubio ob defectum nutrimenti, materiae scabiosae, dicti.

Ex omnibus hucusque allatis argumentis sponte acquiritur, acarum exulcerantes pro prima et originaria causa hujus exanthematis statui non posse, licet possibile, imo probabile est, eos, ubi in ulceribus scabiosis tardius evolvuntur, irritatione sua exanthema non tantum sustinere, sed etiam rependo et transferendo materiam scabiosam ad alias cutis plagas sanas, in his novam infectionem generare, haeque ratione scabiem per totum aegri corpus disseminare.

An acarus exulcerans et humanus ab acaro casei et farinae distinguendus, in papulis, pustulis et vesiculis nidulans, veram causam excitantem scabiei sistat, dissentiunt medici. — SAUVAGES per accidens, ut varietatem solum, in scabie vermiculari a se dicta —, adesse defendit.

Ex his igitur sat patet, quam imperfectae sint definitiones antiquiorum Medicorum, ut v. g. THEODORI CRAANEN 11) qui scabiem ita oriri asserit, quia multae particulae a sanguine praecipitantur, quae in superficie corporis haerentes, acrimonia sua pruriginem excitant.

De causa proxima scabiei multa et varia prolata sunt, quae tamen hactenus ignota mansit; qualiscunque autem sit, manifestatur inflammatione retis malpighii, et ipsius cutis specifica, tendente in secretionem, humoris liquidi, aut puriformis, facile coagulandi.

1.) Carol. a Linné (resp. Nyander) exanthemata viva Upsal. 1757.

2.) Prax. med. univers. praeept. P. I. Vol. II. pag. 416.

3.) Aetiologie der Krätze Hannov. 1786. 2te Aufl. 1791.

4.) l. c. Lib. I. pag. 169—171.

5.) l. c. pag. 415—416.

6.) Dissert. de varia scabiei indole Götting. 1790. 4.

7.) In Baldinger's neuem Magaz. f. Aerzte Bd. XI. St. I.

8.) Eben das. Bd. XI. St. 4.

9.) Handb. zur Erk. und Heil. innerer Kr. d. Menschen. Th. I.  
Jena 1799. S. 603-606.

10.) l. c.

11.) l. c. pag. 474. Cap. 120. Medioburgi 1686.

§. 15.

**Prognosis.** Hanc varia adjuncta dirigunt. Ita psora in se spectata, ut pure topicum cutis malum, periculo caret omni. Sed potest apud adultos praeprimis longum assumere decursum, antequam functiones systematis reproductivi admodum turbaverit, et malas sequelas jam supra notatas produxerit — Quod specialem attinet prognosim, haec est semper eo difficilior curatu, quo scabies magis per systema cutaneum diffusa, et longioris jam est durationis. In longa duratione pessumdat totum systema vegetationi dicatum; efformantur ulcera cutis pertinacia, nutritio periclitatur, digestio et assimilatio turbatur, oritur status gastricus varius, inde emaciatio, et ipsa febris lenta et hectica evolvuntur. Ex his causis psora constituit gravem morbum in talibus individuis, in quibus cum variis statibus morborum systematis lymphatici in specie scrophulis in altiori gradu evolutis et syphilide complicata incedit, et praecipue in neonatis, teneris infantibus, periculo plena, imo saepe lethalis est. Universim cura humidae scabiei facilius succedit, quam siccæ. Maximum autem periculum minatur subita ejus retropulsio, et ejus loco variae metastases, ac propullulatio aliorum gravium, antagonistico modo evolutorum morborum.

**Prognosis scabiei spuriae,** determinatur per causas, quae eam excitarunt. Inde deducitur, exanthemata cutis scabiosa ex externa immunditie et per usum internum ac externum insolitarum aquarum producta, sicut et illa, quae symptoma plethoræ, aut gastrici status, vel vaccinationis constituunt, vel apud infantes tempore dentitionis nascuntur, non peculiari attentione digna esse. Sed haec eo periculosiora sunt, dum scorbutum vel syphilidem comitantur, aut semper magnum gradum posterioris imprimis morbi significant; simile periculum minantur ea, quae aegrum in grandi aetate constitutum adiciunt, nam somnum omnem fugando vires ejus sensim conficiunt.

Tandem et veram, et spuriam scabiem criticas esse posse, in casibus singularibus, supra adductum est.

Non tantum scabies spuria, sed etiam vera, dum inveteratae sunt, et organismo impactae, exigunt circumspectum tractandi modum, ut non subito supprimantur: quod praeprimis refrigerio, animi pathematibus, remediis adstringentibus, causticis cuti adplicitis, vel etiam accessione febris, aut alterius morbi, evenire potest. Tunc vesiculae concidunt, cutis fit sicca pruritu continuo, et oriuntur varii graves morbi, saepissime asthma, palpitatio cordis, cardialgia, colica, vomitus cruentus, diarrhoea cruenta, diabetes, tussis, catharrhi, ophthalmiae, amaurosis, paralysis, delirium; vesania, sopor, epilepsia, convulsiones, hydrops, icterus, et phthises pulmonales 1.), aliique morbi hujus indolis, tanquam verae metastases, quae admodum ominosae

evadunt, ac perpetuam abolitionem sensus cujusdam, imo ipsam mortem inducere possunt 2.) — Saepe autem morbo molesto per plures annos etiam praesente, status cachecticus non observatur, imo organismus secretioni morbosae in cuti ita assuevit, ut haec jam ad sanitatem relativam necessaria sit — Scabies salutaris, critica, cujus mentio supra (§. 7.) facta est, tantum in casu rarissimo evenire potest, ut morbo chronico pharmacis rebeli existente, aeger contagium scabiei susciperet, et per exanthema neglectum, secretionem morbosam in cuti provocata, antagonisticè morbus alter imminueretur, vel cessaret 3.) Psora critica alios effectus morbosos dissipari, eaque rursus in cute comparente, immunitatem viscerum aliorum restitui, supra dixi. 4) Non desunt exempla, inoculatione communicatam scabiem complures morbos chronicos sanasse, testantia.

1.) l. c. pag. 623. §. 5.

2.) S. Hahnemann die chronischen Krankheiten, ihre eigenthümliche Natur u. homöopathische Heilung. Dresden u. Leipzig 1828.

3.) Fr. Bene l. c. pag. 321. §. 273.

4.) Exemplum scorbuti, scabie sanati legitur: in Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebrauch pr. Aerzte I. B. 4. St. p. 69.

#### §. 16.

**Therapia** Cura hujus morbi multiplici adornari debet modo, prouti is recens et pure topicus, vel jam inveteratus, aut tandem symptoma internorum morborum fuerit. Hinc patet, curam ejus omnem, triplici indicationi satisfaciendo, commode absolvi posse.

Prima indicatio exigit, ut causae, morbum excitantes, removeantur; in scabie vera simplici et perfecte pura admodum limitate perficitur, cum momentum excitans, infectio videlicet, jam fors agere in aegrum cessavit, quo in casu medicus nullam aliam indicationem formare valet, quam per accuratam coordinationem externae munditiei et diligentes corporis ablutiones, infectionem novarum cutis plagarum ac ulteriorem morbi propagationem impedire. Aliter se res habet hoc intuitu in scabie spuria seu psudrasia. Hic removemus pro ratione individualitatis vel omnes illas potentias nocentes externas, quae influxu suo eam produxerunt, vel internis morbis medemur, quorum symptoma est.

Si scabies est recens, si mature auxilium medicum administratur; si loca cutis rubra sunt, inflammata, valde sensilia, aeger febricitans, vel si novae, uti paene sine discrimine in morbi incremento evenire solet, eruptiones exanthematis sub faventibus inflammationi circumstantiis exoriuntur, tunc etiam hic temperatum antiphlogisticum regimen requiritur, hoc autem esse debet, cum malum tantum topicum est, organismus reliquus de eo nihil participat. solum locale, non vero universale; et intentio medici, hanc praesentem cutis inflammationem temperare, et ejus crisin adducere, tota erit. Hoc scopo, quin in errorem humoralis Pathologiae quis incidat, evacuationes sanguinis, quarum virtus a multis medicis etiam in scabie confirmata est, per hirudines aut cucurbitulas cruentas, non vero per venae



actionem instituendae, suscipi debent; quae etiam hic molestum pruritus et ardorem mitigant, et manifeste inflammationem cutis praesentem sufferunt. Ita impetu inflammationis fracto, partes affectae blandis, oleosis remediis illiniuntur. Hoc sine adhibentur olea recenter pressa, ut oleum olivarum, amygdalarum dulcium, papaveris albi, oleum nucum juglandum, unguentum althaeae, unguentum pomad. unguentum rosat. unguentum de uvis e. s. p. — Ex animalium pinguedine adhiberi solent: butyrum insulsum, sebum cervinum et vermicinum, ac medulla ossium mammalium. Huc praecipue refertur illud maxime ab HUFELAND 1) commendatum unguentum et decoctum helenii, et blanda emollientia, alcalina, tepida balnea. Haec sunt valde utilia et necessaria remedia. Jam observatio, qua edocemur, homines diligentius balneis utentes, multo rarius chronicis cutis affectionibus corripiti, eorum applicationem commendat; balnea haec, ut indicationi juste satisfaciant, debent virtute supra adducta gaudere, et non valde frigida, sed nec nimis calida, verum solum tepida in usum vocari. Minuunt sensibilitatem systematicam cutanei et per eam sustentatas molestias, et possunt recte adhibita, in nonnullis chronicis exanthematibus uti herpetico, sola prodesse. Scopo huic optime respondent balnea ex simplici aqua fluviali, lacte, furfuribus et sapone parata, vel decocta vegetabilium, mucilagine gravium balneo tali adjecta. Minus balnea animalia, quorum JOS. FRANK 2) meminit, commendari merentur, cum eorum applicatio cum multis difficultatibus connexa est.

Penes hoc antiphlogisticum regimen vix opus est internis remediis. Tantum vehementia topicae inflammationis et ab ea dependentium molestiarum et febris, vel plethorica constitutio aegri potest praecipere, ut emulsiones, nitrum, eccoprotica antiphlog. Tartarus depuratus, boraxatus, natronatus, pulpa tamarindorum, prunorum, electuarium lenitivum etc. in usum trahantur. Rejicienda sunt hic penitus drastica, quae tantum in exanthematibus chronicis sine ullo respectu ad eorum stadia habito, saepe commendantur. Convenientius contra adhibentur lenia, mucosa, antiphlogistica magis, quam stimulantia herbarum decocta; priori virtute donata sunt: decoctum radicis bardanae, lapathi acuti, saponariae, graminis, taraxaci, et specie pro decocto lignorum. Praeceptum pro simili decocto parando, esset circiter hoc:

Rp. Rad. gramin. (vel rad. sapon.)

— taraxaci aa unc. tres

Lapathi acuti unc. duas

Conc. M. S.

Den vierten Theil mit drei Pfund Wasser bis zu zwei Pfunden Rückstand einzukochen und täglich als Getränk zu verbrauchen.

1.) System der practischen Heilkunde Bd II. 2te Abth. Jenae 1805. S. 250.

2.) l. c. pag 56

Stadio inflammationis absoluto, sequitur exitus in exsudationem et secretionem. Si morbus adhuc recens est, secretio quoque bona, cui organismus nondum assuevit, malum etiam in hac sua forma tanquam pure topicum consideratum, mera topica externa remedia sufficiunt ad scabiem cito, secure et absque periculo sanandam: quo in casu sulphur cum suis praeparatis salutarem, et fere specificam virtutem exerit, ita ut omnibus propemodum remediis, contra scabiem commendatis carere possimus. Etenim sulphur et ejus praeparata tum cutim purgant, tum in ejus functionem, i. e. secretionem specifico agunt modo. Adhibetur autem sulphur vel forma lotionis, balnei, vel quod usitatissimum est, forma unguentorum. Hac postrema forma adhibetur cum oleis blandis, vel simplicibus unguentis substituitur, v. g.

Rp. Sulphuris depurati *unc. unam*

Olei amygdalar. dulcium (v. ungv. pomad.)

q. s. ut f. ungv.

S. Schwefelsalbe.

Huc refertur et illud unguentum Jasseri 1). Famosum hoc Jasseri ad scabiem unguentum juxta originale praescriptum ex anaticis partibus florum sulfuris, pulverum vitrioli zinci et baccarum juniperi, subtilissimorum, cum oleo lauri expresso (cujus loco saepe etiam axungia porci, vel oleum olivarum adhibetur) componitur. Vel etiam

Rp. Pulv. baccarum lauri

Sulfuris depur.

vitrioli alb. aa *unc. duas*

Adipis suillae *unc. decem*

(vel conficitur hoc ungv. sine baccis lauri)

M.

Ex hoc unguento aeger vesperi aliquot drachmas inungit articulis antibrachii, cubiti, regioni popliteae, et insuper quotidie vel alternis diebus adhibet balneum commune ex sulfure ac sapone paratum. Notandum attamen de hoc unguento venit, illud, esto tantopere commendatum, in multis casibus, in specie ubi scabies adhuc recens, et individuum aegrum valde irritabile, systematis cutanei admodum sensilis est, minus convenire; zincum enim sulfuricum in eo contentum, in hac rerum positione ultra modum irritat partes, scabie affectas, causat vehementem pruritus et ardorem, incendit pustulas scabiosas denuo, et ideo in multis casibus absque noxa non perfertur. Praestat itaque in recenter enatis pustulis scabiosis illud simplex ungv. sulfuris paulo ante adductum adhibere; simili scopo respondet etiam sapo sulfureus a Jos. FRANK 2.) commendatus; constat hic sapo ex aequalibus partibus florum sulfuris, saponis, et aliquot guttis olei bergamottae; haec medicamenta id commodi habent, quod iis inamoenos odores, inunctionibus oleosis, ac unguentis sulfuris communibus proprios, evitare liceat. Hic adducere juvat porro unguentum ita dictum Anglicum contra scabiem (ungv. sulfuris compositum Pharm. Lond.), quod in Anglico et Hannoverano exercitu legitime

introducitur, nunc in Anglia in praxi civili admodum frequens, et in ultima expeditione a chirurgo militari GÖRCKE 3.) pariter in exercitum Borussiae introducit, magnam suam virtutem confirmavit. Compositio hujus unguenti est sequens:

Rp. Flor. sulfuris *libr. dimid.*  
Pulv. rad. hellebori albi *unc. duas*  
Nitri depurati *dr. unam*  
Saponis mollis *libr. dimid.*  
Adipis *libr. unam et dimid.*  
M.

Excepto nitro et sapone in hoc unguento adductis, haec praescriptio est penitus similis illi, quam jam Cell. PRINGLE 4.) et HEBERDEN 5.) dederunt. Etiam Cell. FRIED. JAHN 6.) usum exiguae hujus quantitatis nitri minime perspicit; helleborus, ut ait, id tantum praestare valet, quod omne stimulans remedium externe adhibitum exerit, specificam enim virtutem eidem non tribui posse. Virtutem hujus unguenti maxime auget proportio sulfuris cum certa pinguedinis, et ejus adhibendi modus, qui sic instituitur: Scabie nimirum affecti, quamprimum Lazarethum ingrediuntur, statim denudantur, et vestes eorum simul et ipsi balneo saponaceo diligenter abluuntur. Decumbunt dein in cubilibus moderate calidis, inter duo, super lectis eorum lanæ extensa, tegmina, et sub inspectione medici totum corpus quotidie ter uncia una unguenti memorati inungunt. Si exanthema evanuit, tunc adhuc semel in balneo saponaceo ab unguento et sordibus abluuntur, et ita dimittuntur. — Constans commoratio inter lanæ haec tegmina, citra dubium magnum influxum in sanationem exerit. Multis etiam efficax fuit methodus a JADELOT 7.) proposita, qui primus hepar sulfuris, quod antea balneis et lotionibus additamenti instar imponebatur, in formam unguenti redegit, sequenti modo:

Rp. Hepat. sulf. kalini *unc. quatuor*  
Saponis albi *libr. duas*  
Olei papeveris *libr. quatuor*  
— thymi *drachm. duas.*  
M.

JADELOT penes usum hujus unguenti etiam quotidie vel alternis diebus, balneum sulfureum ex tribus unciis hepatis sulfuris kalini pro uno balneo parando adhibet. Hujus methodi applicatio majori commendatur munditie, quam omnia reliqua sulfurea unguenta, insuper effectum suum longe citius ac praecedens, exerit. — Laudatur et unguentum a BATEMAN commendatum, ita componendum:

Rp. Subcarbonatis potassae *unc. semis*  
Aquae rosar. *unc. unam*  
Hydrarg. sulfureti rubr. *dr. unam*  
Olei essentialis bergamottae *dr. semis*  
Sulfuris sublimati  
Adipis suillae *aa unc. novem*  
M.

Efficacia sua se multum commendat et sequens un-  
guentum:

Rp. Flor. sulfuris unc. tres  
Salis ammon. depur. dr. duas  
Adipis suillae unc. tredecim  
Tere optime ut f. nngv.  
S. partes affectae mane et vesperi inungantur.

Si vero subinde, uti supra notatum est, ad applicatio-  
nem unguentorum cutis inflammetur, pustulis et furunculis  
obtegatur; tunc unguenti loco adhibetur balneum sulfureum,  
inprimis pro infantibus praescribitur unc. 1—2 hepatis sul-  
furis pro uno balneo. Sed ubi haberi possunt balnea naturalia,  
— uti in chara Patria nostra, quae filiis suis, morbo lan-  
guentibus, praeter copiosissima salutis remedia, aquas quo-  
que medicatas offert, quibus praeter tot alia loca et Buda,  
Metropolis Regni gloriatur — balneis artificialibus longe  
praeferenda.

Cl. RAYMANN e partibus aequalibus sulfuris et saponis  
officinalis, cum sufficienti aquae tepidae quantitate unguen-  
tum mollius fieri jubet, sufficereque in casibus levioribus  
dicit.

- 1.) Schmucker's verm. chirurg. Schriften B. III. S. 169.
- 2.) l. c. pag. 424.
- 3.) in Hufeland's und Harles Journal der pr. Heilk. 1816. Jun.  
S. 119.
- 4.) Von den Krankheiten einer Armee 8. Cap.
- 5.) Comment. de morbor. hist. et curatione pag. 104.
- 6.) l. c. pag. 625. §. 6. Nro 1.
- 7.) Notices sur le traitement de la Galé. Parisiis 1813. 8.

#### §. 18.

Usus unguentorum horum, et alterius cujuscunque sim-  
ilicis ita peragitur, ut portio ex his unguentis ad magni-  
tudinem nucis juglandis desumpta bis aut ter de die palmae,  
carpo, cubito, popliti; vel defectu pustularum inflammata-  
rum, ipsis quoque partibus, scabie infectis, inungitur; sae-  
pius partes, in quas inunctio facta est, lotionibus aut bal-  
neis jam memoratis, abluendo. Si phlogosis pustularum ad-  
sset levior, hae partes diligentius lavandae, cum decocto  
molliente e furfuribus, etc. parato. Unguentum sulfuris  
ocis affectis quotidie inunctum scabiem simplicem et idio-  
pathicam plerumque tollit intra decem dies. Idem unguen-  
um pedibus solis illitum, aut etiam sulfur indusio aspersum  
eadem praestare videntur 1.)

- 1.) Heberden. l. c.

#### §. 19.

Secunda indicatio occupatur cura scabiei invete-  
ratae, chronicae, habitualis. Talis evadit, quae jam lon-  
giori tempore, per plures menses, imo ultra excurrit. Si  
am organismus magis, quam in primo casu, huic secretioni  
suavit, tutior et minori periculo stipatur res, curam hu-  
jus exanthematis non tantum externis remediis perficere,  
sed eam etiam internis suffulcire et promoveri. His igitur

in casibus, ubi scabies longo tempore, videlicet per aliquot septimanas jam, vel diutius duravit, a supra dictis balneis sulfureis, lotionibus et unguentis abstinere oportet, et curam tantum internis remediis, morbosam cutis secretionem sensim imminuentibus, instituere.

Huic quoque scopo rursus sulfur, utpote sulfur depuratum, cujus pro adultis 10—20 gr. in pulvere praescribuntur, bis usque ter quotidie absumenda, optime respondet; simili dosi ac forma datur etiam sulfur praecipitatum; kali sulfuratum et calcaria sulfurata (haec tamen rarius, cum facile cardialgias et dispepsias causat) ad 5—10 gr. optime forma pillulari cum amaris Extractis et gummi ammoniaco exhibentur; calcaria sulfurato-stibiata autem a 3—4 gr. perinde forma pillulari cum paulo ante memoratis additamentis, aut forma solutionis ita praescribitur:

Rp. Calcariae sulfurato-stibiat. *drach. unam*  
Coq. in aquae *libr. quinque*  
ad remanentiam *libr. quatuor*  
Colatura filtretur,

DS. quotidie 3—4 vascula coff. absumat aeger.

Ne remedium hoc efficacia sua privetur, necessum est, id in lagenis bene obturatis et loco frigido asservare. Haec methodus optime deservit pro celeriter conficiendo artificiali balneo sulfureo. Similem sulfuri virtutem exerit etiam plumbago, graphites; remedia enim haec ante paucos annos commendavit Cell WEINHOLD 1.) contra pertinaces cutis morbos partim interne, partim externe adhibita, tanquam efficacissima; licet eorum usus adhuc parum invaluit, tamen per observationes aliorum, ut Cell. HEIN 2.) confirmatus est.

WEINHOLD praescripsit graphitem interne, cum melle in electuarium redactum in formula composita, virtute sua contra multos morbos cutis chronicos utiliter adhibita:

Rp. Graphitis  
Florum sulfuris  
Antimonii crudi aa *unc. dimid.*  
Aethiopsis miner. *scrup. unum*  
Extr. Dulcamarae  
Pulsatill. nigr.  
Pulv. herbae jaceae aa *drach. duas*  
Camphorae *drachmani unam*  
Syrupi fumariae q s. ut f. Electuarium.

DS. Spatio 8—10 dierum absumendum.

Vel exhibet eum in pillulis cum Extracto stipitum Dulcamarae, conii maculati, chelidon. major. ad 6—8 gr. pro dosi, et contendit unc. 1. graphitis intra 8. dies morbum cutis chronicum sanari. Rarioribus duntaxat in casibus majori dosi opus est, ita ut aeger 2—3 Uncias hujus remedii consumat. Idem Auctor idem remedium externe quoque admodum commendat, forma unguenti adhibitum; quod sex partes graphitis cum decupla quantitate axungiae porci conatitunt; vel sensibilitate cutis majori praesente forma emplastri e duabus partibus graphitis et octo partibus emplastri saponis, parati. Hunc usum graphitis plures etiam ob-

servationes in scriptis medicis periodicis 3) occurrentes, testantur.

Antimonialia hic minus praestant; acida mineralia vero, quae saepe contra psoram laudantur, serius suam praestabunt utilitatem. Si ad remedia externa, quorum supra mentio facta est, usus internorum una accedat, cura psorae facilius, citiusque perficitur. Aliis remediis, quam nominatis ad sanationem scabiei benignae vix est opus; ut tamen regimini Diaetetico ac variis adjunctis domesticis majori ex parte satisfiat, conjunguntur apte remediis, tum internis, tum externis sulfuris, nec non ejus praeparatis ita dicta Decocta lignorum, uti: herbae jaceae, radiceis gram. et caricis arenariae, rad. sapon. bardanae, helenii, plantaginis, rad. sarsaparillae, ligni sassafras, etc. quae Decocta et forma lotionis, et balnei adhibentur.

1.) K. A. Weinhold der Graphit, als neu entdecktes Heilmittel gegen die Flechten. Leipzig. 1808. 8.

2.) In Horn's Archiv für med. Erfahrung B. XII, S. 227.

3.) Hein in Horn's neuem Archiv B. XII, S. 227. und. Salzburger. mediz. chirurg. Zeit. Jahrg. 1815. Nro 69. S. 268.

## §. 20.

Occurrunt tandem casus non pauci in scabie inveterata, quae sordida individua constitutionis torpidae invadit, ut ulcera scabiei indolem pravam nanciscantur, et liquor secretus magis ichorosus, quam purulentus sit. Atque hic sita est ratio, cur a scriptoribus universim sine propiore, accuratio-reque definitione individualis receptivitatibus contra psoram multa laudantur remedia. In istis casibus, puribus remediis, principio acri, stimulantibus, caustico praeditis, tam interne, quam externe uti licet. Quae hic duplici indicationi satisfaciunt, cum nempe dynamico modo normalem energiam totius organismi excitant, et ita etiam morbosarum cutis plagarum; porro chemico modo per directam decompositionem mixtionis partium ipsius secreti, mutationem benignam in cutis secretionem inducendo, faciem ulcerum laetiorum et liquidum secretum spissius, purulentius, mitiusque efficiunt.

Interna remedia hujus loci sunt jam pro parte Antimonialia, uti stibium sulfuratum nigrum, sulfur stibiatum aurantiacum et rubrum, pulvis Plumeri et pillulae; magis adhuc Decocta vegetabilium, principio acri instructorum, pro parte adductis adnumerari merentur, ut turiones juniperi et pini, cortex mezerei; — baryta muriatica post nonnullorum observationes, oxydum mangani et imprimis acida mineralia, uti acidum sulfuricum, nitricum et muriaticum, ex his acidum sulfuricum maximam laudem in psora sananda post BÜCHNER 1) SELLE 2) BALDINGER et plures alios, meretur. In inveteratis, malumque pus secernentibus ulceribus scabiosis, acidum sulfuricum suam tuetur laudem, quam tantum conditionate in scabie adeptum est, in qua nihil aliud praestat, quam in aliis mali moris, torpidae ulceribus. —

Externa remedia huic indicationi respondentia, sunt Decocta acrium, stimulantium vegetabilium, forma lotionis vel balnei adhibita, sic et prius memoratorum et sequentium: Herbae conii maculati, nicotianae, sabinæ, rad. colchici autumnalis, hellebori nigri et albi jam ab Hippocrate usitati, seminum sabadillae, quae quidem cito agunt, sed saepe etiam eorum usu exanthema subito disparet, hinc rite ibi solum adplicantur, ubi systema dermaticum torpidum, ulcera laxa, secretiones copiosae et degeneratae, totusque habitus aegri valde torpidus est, clematitidis vitalbae et viticellae, ledi palustris, bellidis minoris, rad. inulae, lapathi acuti et filicis maris, corticis betulæ et ulmi campestris. baccarum lauri, seminum staphisagriae etc, lotiones aut balnea; plura porro sunt metalla, ut plumbum, wismuthum, zicum, zincum sulfuricum, quae forma solutionis vel unguenti adhibentur:

Forma solutionis.

Rp. Zinci sulfurici *drach. unam.*  
solv. in aq. destill. fervent. *unc. sex.*  
S. pro lotione.

Forma unguenti.

Rp. Zinci sulfurici *scrupul. unam.*  
ung. pomad. *unc. unam.*  
M. f. unguentum.

Porro ex supra adductis argumentis patet, etiam ungv. Jasseri in sua originali forma paratum; item cal. antimonii sulfurat vel calcariam sulfurato-stibiata, et licet rarius, etiam tartarum stibiata, cum fructu adhiberi. Posterior tanquam vehementer agens causticum remedium, ad summum in torpidis admodum et laxis cutis ulceribus applicari potest, 1. forma unguenti, 2 solutionis:

1. Rp. Tartratis lixivæ stibiati *drach. dimidiam.*  
ungv. rosat. *unc. unam.*

M. f. unguentum.

S. Salbe.

2. Rp. Tartari stibiati *dr. dimid.*  
solv. in aq. destill. *unc. II—VI.*

S. Waschwasser.

Usu unguenti pustulae cutis artificialiter producuntur;—certo sensu et Mercurialia hic sibi locum vindicare queunt.

Cl. M. N. MISCHKOVICSEW 3) „decocto foliorum conii sanare scabiem, spatio septimanae unius, per medicos Theresiopolitanos diu curatam, Rogljaticae in allodio Comitatus Bács. in juvene satis robusto, feliciter successit, mense augusti 1831.“ Ita etiam Cell. GESSNER 4) extractum cicutae, vel totam herbam contusam calefactam, vel siccam cataplasmaticis ad instar, in induratis tumoribus, inflammationibus asthenicis, ulceribus, scabie pertinacissima cum summo emolumento adhibuit.

1.) A. C. Büchner (resp. Helwig;) D. De usu interno olei vitrioli diluti. Halae. 1762.

2.) Medicina clinica S. 217.

3.) Diss. de conio maculato, Rudae 1831. pag. 31. §. 16.

4.) Abb. von der Nutzbarkeit des Schierlings in der Wund- arzneikunst Wien 1762.

Si psora diutius duravit, justum erit autumare, eam profundiores in organismo egisse radices, et tunc non tantum externis, sed et internis, ut superius attactum est, remediis eam impugnare oportet. Hic iterum principalia remedia constituunt sulfur et antimonium. Cell. JAHN 1) in clinico suo et ubique in obvenientibus similibus casibus semper cum summa utilitate adhibuit sequentem formulam, nomine pulveris contra scabiem notam:

Rp. Florum sulfuris.

Magnesiae albae.

Sacchari albi aa *dr. duas.*

Antim. crudi praep. *dr. dimid.*

M. f. pulvis D. S. Initio 3—4 de die, dein saepius coch. coff. sumatur.

Ubi vero morbus minus jam ad cutim restrictus est, et magis systema reproductionis invasit, dosis antimonii augenda, sulfuris contra imminuenda aut penitus exmittenda est, v. g.

Rp. Antimonii crudi *dr. duas*

Magnesiae albae

Sacchari albi aa *dr. unam*

M. D. S. Quater de die cochl. coff.

Saepe quajacura vel Camphora huic mixturae addita; valde sunt utilia. Hic quoque congrue adhibentur Decocta lignorum, saepius jam laudata. Huc etiam pertinent recentissimis temporibus Parisiis a Galés 2). postea Viennae a de CARRO 3) contra scabiem valde commendatae fumigationes sulfureae medio apparatus lignei, cui aeger nudus, excepto capite, imponitur, instituendae; in hoc apparatu a d'Arcet invento, vapores succensi sulfuris, ergo imperfectum acidum sulfuricum, ad corpus aegri derivantur: hoc remedium efficacia sua, quam observationes nondum sufficientes demonstrarunt, in omni casu cum iis, prioribus adhuc temporibus a l' ALOUETTE et ab aliis celebribus medicis contra syphilidem commendatis suffimentis, maximam similitudinem habet: „Ope hujus apparatus scabies quidem sanari potest, sed cura est molestior, in longius excurrens tempus, et multorum cutim valde irritat 4).“ Ubi haec remedia externa contra psoram inveteratam, in qua organa digestionis jam multum laebefactata et in suis functionibus turbata sunt, indicantur, etiam remedia tonica, adstringentia, et balnea ex vegetabilibus, principio tanino instructis, parata adhibentur. Huc referuntur: Decocta radices tormentillae, bistortae, corticis quercus junioris, salicis, etc; terra catechu, gummi kino forma unquenti. Remedia haec corrigunt abnormem cutis secretionem, et tonum vasorum restituendo, fibramve concutendo conferunt inprimis ad curationem diuturnae et pertinacis scabiei peragendam. Ex his motivis remedia haec etiam in statu reconvalescentiae adhiberi merentur. Accidit saepe saepius, ut his remediis, hac indicatione comprehensis, scabies simplex, utut inveterata, perfecte sanetur, ast non raro omnia haec remedia, ubi quippe aliis, in organismo latentibus morbis complicata incedit, eludit, nisi respectus ho-



rum quoque morborum peculiaris habeatur; quod sequenti indicatione praestare adnitar.

1.) l. c. pag. 633. §. 7.

2.) Memoire et Rapport sur les fumigations sulfureuses. a Paris 1816.

3.) In mehrern öffentl. Blättern, Z. B. Leipz. Zeit. J. 1817. No. 105; eben so Salzburg. medic. chir. Zeit. vom 11. December J. 1817.

4.) Fr. Bene l. c. pag. 323—324. §. 275.

## §. 22.

Tertia indicatio obtinet, ubi scabies complicatur: scrophulis, scorbuto, syphilide, arthritide, gastrico vel pituitoso statu tubi alimentaris, chronica debilitate organorum digestionis et atonia totius organismi; quae complicationes praeter remedia, scabiei opponenda, modificationes Therapiae non exiguas reposcunt.

1. Scrophulosa complicatio apud infantes praecipue obvia, Therapiam in genere minus modificat, cum multa remedia antipsorica, etiam momentosa pro scrophulis constituunt, et ita indicationibus pro utroque morbo congrue satisfacit; efficacissima sunt hoc respectu antimonialia, sulfur, stipites dulcamarae, herba violae tricoloris; externe balnea tepida saponacea, vel ex aqua calcariae ustae pro lotionibus etiam, et frequentius ex kali et natro carbonico parata; item alcalina et sulfurea, bona, nutriente diaeta, externa munditie, et mora in aëre puro, sicco, moderateque calido, suffulta.

2. Scorbutica complicatio exigit, praeter antiscabiosa, praecipue acida mineralia et Decocta vegetabilium, principio acri instructorum, externe ungv. oxigenatum, lotiones ex vitriolo zinci paratas, insuper curam scorbuti propriam et Dietam multum nutrientem et simul stimulantem, praesenti in resolutionem nisi adaequatam. Pro victu maxime laudantur jura concentrata. decocta ex sago, salep, oryza, hordeo, etc. parata; ova sorbilla, etc; omnia acria et recentia obsonia, uti fructus aciduli, quos nonnulli aegri jam sponte adpetunt, ceu salutari instinctu naturae moniti; rumex acetosellae. lactuca, nasturtium, cochlearia nemorosa, semina synapis, cepa, allium, brassica acetata et omnes species raphani, ita etiam cerasa acida, fructus rubi idaei recentes et conditi, ribes grossularia, mala et pira acidula, poma aurantii, citri, etc., pro potu aqua pura, recens, oxymel simplex, acidum tartari cum exiguis dosibus acidi sulfurici, mixtum vinis acidulis, succis citri, aurantii, postremorum duorum usum juxta Cell. TRATTER jam intra 24. horas emendatio secuta est. Huc pertinent etiam Decoctum malthi, quod Huxham, et cerevisia, bono lupulo impregnata, quam Mackbride 1.) commendat, vinum generosum, mixtura ex aqua, rhum et saccharo constans, Pontsch cum sufficienti succo citri paratum, et secundum HELL 2.) ipsum saccharum.

3. *Complicatio syphilitica Mercurialium usum necessarium reddit, requirit nempe: Hydrargyrum oxydulatum nigrum, hydrargyrum muriaticum mite et corrosivum, pillulas Plummeri, apud teneros infantes etiam hydrargyrum sulfuratnm nigrum, ad aliquot grana, plura utilia unguenta ad scabiem, ut WERLHOFFII a) ZELLERI b.) et CILLI c.) et aquas antipsoricas mercuriales. d.)*

a.) *Rp. Hydrarg. muriatic. praec. dr. dimid. — unam*  
*Axungiae porc. unc. unam — duas*  
*M. f. unguentum.*

b.) *Rp. Hydrarg. muriatic. praec. unc. dimidiam*  
*Ungv. rosat. unc. tres*  
*M. f. unguentum*

Hinc adparet, unguentum hoc praecedenti multum analogum esse.

c.) *Rp. Hydrarg. muriat. corrosivi dr. unam*  
*Axungiae porc. unc. unam — duas*  
*M. exacte terendo, ut f. unguentum.*

S. ex hoc ung. aeger omni vespere ante decubitus 1—2 dr. plantis pedum inungat.

Unguenta haec, loco ab exanthemate paullulum remoto, non vero ipsis partibus affectis, optime applicantur; in ultimo enim casu saepe nimis cito vehementem inflammationem excitare, et efflorescentiam repente suppressere valent.

Hic loci etiam mentio unguenti, a Medicis Grille 3.) Morellot 4.). Silvy et Villard 5.) contra scabiem et inveterata, maligna, tum herpeticæ, tum venereæ indolis, et ipsa carcinomatica ulcera multum laudati, fieri potest:

*Rp. Magnes. oxydat. nigr. dr. sex.*  
*Axung. porci unc. duas et semis*  
*M. exacte, f. unguentum.*

Hoc remedium ob virtutem, quæ pluribus adhuc observationibus confirmari debet, a Germanis præprimis medicis minus commendatur, eadem ceteroquin cautella, ac omnia hujus ordinis remedia, adhibendum.

d.) Aqua anti-psorica mercurialis frequentissimum in usum vocata, est sequens:

*Rp. Sulfur. depur. et pulverisat. unc. tres*  
*Ammon. muriatic. depurat. unc. unam*  
*Coq. c. aq. simpl. libris quinque*  
*ad remanentiam libr. trium*  
*Colaturæ addantur*  
*Hydrarg. muriat. corrosiv.*  
*in aqua calcis viv. bene soluti scrup. duo*  
*S. Waschwasser.*

Pro simili scopo nonnulli commendant etiam ungv. hydr. cinereum, quod, si scabies syphilitica extremitates occupat inferiores, plantis pedum; si vero in superioribus extremitatibus residet, volis manuum, vel antibrachiis illinitur. Lotioni autem inservit hydrargyrum nitricum e.) et adhuc magis hydrarg. muriaticum corrosivum f.)

e.) *Rp. Liquor. hydrarg. nitrici scr. unum*  
*Aq. destill. comm. unc. octo — duodecim*  
*S. ut supra.*

l.) *Rp.* Hydrargyr. muriat. corrosivi gr. sex  
Solve in aq. destill. unc octo,  
(adde tinct. opii simpl. dr. unam)  
S. pro usu externo.

Ubi scabies energia systematis cutanei depressa sustentatur, Muriati hydrarg. corrosivo, tunc in formam ungenti redacto, utiliter opium additur, ut

*Rp.* Ungvent. cerei unc. unam  
Merc. sublim. corrosiv. dr. dimid. — unam  
Opii grana octo  
M. D. S. quotidie 2 magnitudine pisi vel nucis avellanae plantis pedum, brachiis vel locis, scabie plurimum affectis, illiniatur.

Summam medici attentionem ac circumspectionem in usu hydrargyri adhibendam esse, jam ex ipsa hujus metalli natura, satis intelligitur.

4. Complicatio cum arthritide poscit remedia, praeter ea, scabiei resistentia, etiam Diathesim universalem tollentia; huc spectant hepar sulfuris, extractum aconiti, gummi quajaci, herba rhododendri, chrysanthemi in combinatione cum camphora, opio, hyoscyamo, et insuper balnea alcalina, et sulfurea, etc; haec omnia et plura alia, uti lenia diaphoretica, sambucina, acetas ammoniae, infusa et decocta emollientia tepida; Ungventum antimonialle Autenriethii, Emplastrum vesicat. perpetuum etc. pro ratione status individui, nec non morbi primarii varia, propinanda erunt. Formam et dosim, quae haec remedia applicanda sunt, ingenium medici pro ratione indicationis facile eruet. Cura vero in hoc casu tanto difficilior evadit, quanto magis diathesis universalis organismo aegri impacta est. Si quidem aegri tales, totum suum vitae regimen, cui jam nimis assueti sunt, immutare debent.

5. Si scabies cum statu gastrico, pituitoso, vel verminosocomplicata incedit, tunc indicantur, quemadmodum apud scrophulosa individua, frequentissime remedia purgantia vel ita dicta resolventia, remedia digestiva, salia neutralia, rheum, etc., quae curam praecedunt, aut pro ratione circumstantiarum, ei interponuntur. Hoc respectu rite explicatur, quomodo haec remedia in psora bonum interdum effectum exerant, tanquam remedia, quae curam morbi moliebantur, quasi directe exanthemati ipsi obviam euntia; multum in genere commendata et crebrum in usum adhibita.

6. Scabies conjuncta cum chronica debilitate organorum digestionis et variis dyspepsiis occurrit. Quae sunt partim sequelae longioris decursus scabiei ipsius, §. 11. citatae, partim etiam per usum plurium remediorum, quae huic morbo opponuntur, v. g. per diu durantem internum usum sulfuris et eius praeparatorum, provocantur. Haec mala ad sui sanationem, praeter anti-psorica prius nominata, tonica remedia, potissimum amara extracta, et amaras, aromaticas, spirituosas essentias postulant. Similiter possunt etiam succi recenter expressi non

paucorum vegetabilium, uti succus nasturtii aquitici, cochleariae armoraciae, marrubii albi, centaurei minoris, etc. in usum vocari; quae alioquin in psora feliciter sananda, suam iam alibi invenerunt laudem.

7. Tandem cum hydrope non raro complicata occurrit, vel is eam comitatur, uti exemplum memorabile an. 1819. in clinico Vindobonensi observatum est; quare propriam tunc medendi methodum exigit 6.).

- 1) Einleitung in die theor. und prakt. Arzn. K. Leipz. 1777. II. Th. S. 1031.
- 2) Der Zucker, ein neues Praeservativ-Mittel wider den Scorbut. Vien und Leipz. 1779. 8.
- 3) Annales de chemie. An. VIII. No. 97. Hic nempe observavit, homines, oxydum mangani tractantes, psora nunquam corripit, alios contra hocce morbo affectos, in mangani sodinis mox ab eo liberari. Haec ejus observatio et aliorum medicorum, quorum consensu unguentum supra inter c et d adductum, contra scabiem admodum efficax proposuit, attentionem excitavit.
- 4) Quelques vues sur l'emploi de l'Oxyde de manganèse dans les maladies cutanées, par Grille et Morellet. Grenoble An. VIII. — Recueil des Actes de la Soc. de Lyon 1801. Tom. II. pag. 62. — Samml. auserl. Abh. zum Gebr. für prak. Aerzte, Bd. XXI S. 465. — Allgemeine med. Annal. Al. tenb. 1801. S. 54.
- 5) Journ. der ausländischen Litterat. Bd. I. S. 477. et seqq.
- 6) Michael Kiss de Zilah, Diss. de psora Vien. 1819. pag. 39-40

#### §. 23

Remediis omnibus his indicationibus congrue respondentibus, congrueque licet in usum vocatis, neutiquam semper cura morbi perfecte absoluta est, sed requiritur diutius adhuc continuatio summae munditiei ope lotionum cum spongia, aquae calidae immersa, externe adhibenda; vel quod expedit, balnea, ubi fieri potest, in fluminibus suscipienda; vestimenta et linteanima saepius mutanda; prout et omne cum infectis aliis commercium, rerumque ab ipsis tractatum usus fugiatur, neesse est; intermittant aegri omnem nimium motum corporis; fruanturque aëre puro, sicco, moderate calido.

In victu non pauci medicorum, nullam plane faciunt distinctionem, alimenta et potulenta, quibus aeger assuetus est, omnia concedendo, imo quantitate aucta, nunc exhibendo 1) Sed ut morbum solum cutis psora constituat; magnus tamen eiusdem, praepremis quidquam longius jam durantis, in organa digestionis est influxus; unde eadem inde plus minus laefactari oportet, id quod ex symptomatibus scabiei chronicae extra omne poni dubium elucet, quemadmodum in superioribus jam evictum est.

Quare optime curae consulitur, sedulo arcendo cibos pingues, farinosos, gravis digestionis, multum salitos, aut multo aromate conditos omnes, ut et potulenta spiritiuosa, acria. Nutrimenta igitur viribus digestricibus adaptata, quantitate tamen sufficientia, pro constitutione scabiosorum etiam ipsa diversa, optima tamen ex animali et vegetabili

mixta, exhibenda, eadem plane in potulentis ratio servanda.

Non semper est facultas apud tenuioris sortis homines, quibus ut plurimum morbus proprius est, vestimenta, quorum sub morbo usus factus fuerat, abjiciendi: quare de contagio in iisdem destruendo, cogitandum. Optimum igitur hoc respectu semper oranebit, vestimenta, quae lanea non sunt, ope lotionum cum sapone nigro, multo cum alcali parato, depurare. Hoc contagium olim fumigiis sulfureis et ex cinnabari, vel injectione vestimentorum in furnum pistorum calefactum, destrui contendebatur. Imo hodieum etiam variae scabiei sanandi, imo saepe periculo stipatae methodi, in usus trahuntur. Sic in multis Hungariae locis vulgus morbo hoc foedo affectum, remedium, in furno, pro pane coquendo praevis calefacto, quem eo exempto, ingreditur, moraque  $\frac{1}{2}$  unius horae ibidem transacta, quaerit.

Ne morbus contagiosus in alios propagetur, scabiosus a societate hominum majori, ut collegiis, scholis, theatris, templis, nosocomiis, castris etc. separandus est, donec a morbo molesto ac foedo liberatus fuerit.

1.) Er. Horn. Handbuch der med. Chirurgie II. Bd. § 118.

#### §. 24.

Si scabies jam debellata est, tunc oportet usum remedium, quibus cessit, adhuc per aliquot septimanas strenue continuare; cum experientia nimis crebro doceat, neglecta hac cautela, scabiei rursus erumpere. Praecipue autem in reconvalescentia commendantur balnea tepida saponacea et sulfurea. Curam denique omnem claudunt balnea aromatica et tonica supra commemorata. Diaetam in scabie, pro ratione indicationum allatarum, variam esse debere, nullus inficiabit. In genere, diaetam horce morbo notae phlogisticae moderate antiphlogisticam, tardius vero indicatione id reposcente, magis aut minus nutrientem ac roborantem convenire, nulla ulteriore indiget explanatione.

#### §. 25.

Quod ultimo curam suppressae et subito disparentis scabiei concernit, haec duplici indicatione absolvitur.

Prima studet suppressum exanthema revocare, quod praestant:

1. Remedia, inflammationem excitare valentia, quibus cutis, prius exanthemate vexata, frigitur, talia sunt: Tinctura Cantharidum, uogv. Auth-nriethii. Emplastra vesic. synapismi, cortex mezerei, fonticuli, caesio cum urticis, frictio ope panni lanei asperioris perficienda, balnea quoque sive localia, sive universalia, irritantia, ex cineribus, lixivio caustico, sale, seminibus synapis parata; nova item inoculatio cum disparente exanthemate, talis fit per impositionem et portationem mitrarum ex pelle confectarum, ab ejusmodi individuis desumptarum, quae perinde hoc laborant morbo.

2. Talia, quae congestionem ad cutim derivant, et ita, licet indirecte, ad produendam novam secretionem confes-

runt. Huic scopo satisfaciunt interna et externa remedia; haec constituunt tepida balnea ex sapone, kali vel sulfure parata; ad illa referuntur praecipue diaphoretica, puta liquor ammonii acetici, sulfur et ejus praeparata, Antimonialia minori dosi, infusum radicis serpent. et contrajervae, praecipuis camphora et pulvis Doveri cum sulfure combinata.

Altera indicatio curam neoproducti morbi, exanthematis, respicit. Si itaque hoc exanthema cum nullo alio morbo in nexu causali constitutum fuerit, tum remedia paulo ante memorata indicantur; si autem post retrocessum exanthema status inflammatorii diversi, uti Encephalitis, Pneumonia, Gastritis, etc. compareant, tunc a diaphoreticis, velut irritantibus et congestiones producentibus remediis est abstinendum omnibus, et methodus naturae morbi conveniens adhibenda, et in doctrina, cujus hi morbi proprium constituunt objectum, specialius est consideranda.



# Theses.

1. Existunt morbi a scabie retropulsa oriundi.
  2. Scabies recens externis remediis tuto sananda.
  3. Emetica recte adhibita, optimis pharmacis adnumeranda.
  4. In asphycticis gradus stimulorum caute adplicandus.
  5. Complures morbi utriusque sexus ab educatione mala repetendi.
  6. E constitutivis partibus medicamentorum, non valet conclusio ad efficaciam illorum in corpus humanum.
  7. Extractio cataractae utut difficilior, ubi fieri potest, reliquis eidem operandi methodis, longe praeferenda.
  8. Conatus naturae medicatricis sancte venerandi.
  9. Respublica medicina forensi neutiquam carere potest.
  10. Medicus ipso saepe remedium potens.
  11. Venena etiam dirissima, pharmaca sunt potentissima.
  12. Auditus primum inter sensus occupat locum.
  13. Conceptionis nulla dantur vera signa.
  14. Mors est generatio nova.
-

**T R A T T A T O**

S U L

**C H O L E R A**

**DIETRO AD OSSERVAZIONI FATTE IN  
GENERALE E PARTICOLARMENTE**

**I N M O R A V I A**

**NEGLI ANNI 1831 E 1832**

D I

**Giuseppe Carlo Wolfstein**

**DOTTORE IN MEDICINA E CHIRURGIA, MAESTRO D' OT-  
TALMOIATRIA ED OSTETRICIA, MEMBRO DELLE IN-  
CLITE FACOLTÀ MEDICHE DI VIENNA E PEST.**

**MEDICO PRATICO IN VIENNA.**

---

**V I E N N A**

**DALLA STAMPERIA DEI R. R. P. P. MECHITARISTI.**



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1215 EAST 58TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637

UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1215 EAST 58TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637

UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1215 EAST 58TH STREET  
CHICAGO, ILLINOIS 60637

A S U A

**ECCELLENZA REVERENDISSIMA**

MONSIGNORE

**LODOVICO DE' PRINCIPI ALTIERI**

ARCIVESCOVO DI EFESO PRELATO DOMESTICO

**DI N. S. PAPA GREGORIO XVI.**

ASSISTENTE AL SOGLIO PONTIFICIO

**E**

PRESSO L' I. R. CORTE DI VIENNA

**NUZZIO APOSTOLICO**

D. D. D.

FRANCO

FRANCO P. V. COME DI

FRANCO VI SOCIETÀ

DI N. S. V. G. S. S. S.

FRANCO DI L. S. S.

V. S. S.

## Eccellenza Reverendissima!



**M**i permetta di esprimerle pubblicamente la mia gratitudine per il grandissimo onore, che L' Eccellenza Vostra Reverendissima si è degnata di farmi coll' accettare la dedica della mia presente Operetta, che le umilio come un contrassegno della mia profondissima Stima e Venerazione, e il di cui manoscritto Sua Santità il Papa Regnante benignamente si degnò di accogliere, e di fare rimettere alla Suprema Congregazione Sanitaria a Roma per profitarne. E per me sommo onore, che



questo mio lavoro possa comparire al Pubblico fregiato dell' illustre nome di Vostra Eccellenza Reverendissima, la quale prego di gradire i sentimenti del più profondo rispetto, con cui ho l' alto onore di segnarmi

Di Vostra Eccellenza Reverendissima

Vienna, li 28. Giugno 1837.

l'umilissimo ed obbligatissimo

*A u t o r e.*

## Prefazione.

**L**o scopo che m'indusse a rendere di pubblico diritto questa breve dissertazione, non fu già vanagloria di aver posto fra gli scrittori, oppure vaghezza di far pompa di stile; ma unicamente la brama sincera di comunicare al lettore pregevole le sperienze ed osservazioni da me fatte, per non breve tempo in varie parti della Monarchia, mentre dominava l'epidemico *morbo-cholera*.

Nel giorno 7 giugno 1831 l'Eccelso Regio Consiglio di Luogotenenza in Ungheria degnossi inviarmi, qual medico sanitario dirigente, nei Comitati di Thurótz, Trentsin, Árva, Liptó ed in una parte del circolo di Szandetz e di quello

di Wadowitz nella Galizia; ed io ed i miei colleghi potemmo formarvi idee distinte unicamente sulla teoria del *cholera*. Verso la metà del mese di luglio, ed appunto nel giorno, in cui il *cholera* manifestossi nel villaggio Strecsen del comitato di Trentsin, ebbi io per la prima volta occasione di osservare dappresso la malattia, e queste osservazioni mi offrirono vasta materia a riflessione. In breve ebbi la fortuna di liberarmi da molti dubbi su questa malattia. Nel giorno 7 novembre dell'anno stesso l'Eccelso Governo dell'Austria inferiore inviommi in Moravia, ove durante l'inverno fui impiegato in qualità di medico circolare, tanto nella Città di Brünn quanto in campagna. Approfittai di questa occasione per estendere in carta con diligente fatica le mie osservazioni sul *cholera* che colà regnava. E la presente dissertazione si appoggia precisamente sulle esperienze ivi fatte, e di cui ho avuto l'onore di sottomettere la relazione

all' esame benigno dell' i. r. Ufficio circolare di Brünn, unitamente al rapporto finale delle mie operazioni. Cito in essa principalmente le osservazioni fatte nelle Signorie di Raitz e Blansko nel circolo di Brünn, poichè queste mi offrirono colà risultamenti di maggiore importanza.

La prima sezione del presente scritto si riferisce soltanto alle Signorie Raitz e Blansko, e l' oggetto vi viene trattato più genericamente; la seconda progredisce con ordine scientifico e sistematico, ed è corredata di brevi osservazioni sul cholera da me fatte in Italia, allorchè nel mese di novembre 1835 l' Eccelso Governo dell' austria inferiore ebbe colà ad inviarmi. Comprende essa inoltre un' appendice in forma di tavola, dimostrante l' andamento del *cholera*, che dominò nel villaggio di Lazsanek. Graditissimo mi sarebbe stato il poter compilare molte di consimili tavole, ma il tempo e le circostanze non mel permisero.



Siccome possono essere addotte delle ragioni tanto in favore, che contro la contagione, e siccome d'altronde nessuna di esse può esser dimostrata se non in via d'ipotesi; così nella mia dissertazione ho trovato conveniente di prescindere da ogni discussione su questo argomento.



## SEZIONE I.

Tanto in Moravia, che in Galizia ed in Ungheria, mi venne fatto di osservare, che le malattie portavano in se, prima che il *Cholera* si manifestasse, il carattere adinamico in forma oltramodo distinta; e generalmente fù rimarcata una sorprendente frequenza di febbri gastrico-nervose ed anco di malattie gastriche.

La malattia, distinta col nome di *cholera* partecipava della in allora dominante epidemia. Questa proprietà epidemica comunicava il suo carattere a molte malattie eventuali che esistevano; e di fatti si può scorgere distintamente, che nelle contrade nelle quali il *cholera* comincia a dominare o domina di fatto, gli accessi di febbri intermittenti portano in se l'impronta di tal malattia; poichè, durante lo stadio d'algore, le estremità divengono fredde come il marmo; e sopraggiunge di sovente un vomito allarmante accompagnato il più delle volte da granchi veementissimi. Simile affezione potrebbe acconciamente denominarsi *febbre intermittente maligna*.

Nelle intermissioni si osservarono di sovente diarree, le quali rinivano assai gli ammalati. Notai eziandio che durante l'*epidemia choleric*a, i suoi sintomi singoli e separati si appalesano in varie sorta di epidemie; i quali presi assieme offrono poi il vero aspetto del *cholera*. Così a cagion d'esempio in alcuni si manifesta la diarrea, in altri il vomito, altri ancora si lagnano di gran languore, e di sudore notturno; alcuni sono tormentati da spasmi nello stomaco, da convulsioni nelle

membra; altri da coliche o da difficoltà d'orina. I fanciulli vomitano di sovente *ascaridi*. Individui, i quali per lo innanzi si potevano esporre senza pregiudizio ad infreddamenti, col menomo rinfrescarsi si attirano diarreë copiose, spesso accompagnate da vomito. I menomi eccessi nel mangiare e nel bere producono sturbamenti straordinariamente grandi nell'apparato della digestione, e sono per lo più puniti col vomito e con la diarrea. Ben a torto si darebbe ad ognuno di questi singoli casi di malattia il nome di *cholera*; ma presi tutti insieme non lasciano al certo il menomo dubbio su la sua esistenza.

Si potrebbe a vero dire, e certamente non senza ragione, ascrivere la maggior parte di questi casi al timore universalmente sparso del *cholera*; ciò nullameno, presentandosi alcuni sintomi di malattia anco negli animali in quelle contrade, nelle quali il cholera si è sviluppato, si può à tutto diritto conchiudere, che esista nell'aria un agente malefico, ed ammettere in pari tempo, che questo sia capace di estendere perfino su gli animali la perniciosa sua influenza. De' cacciatori pretendono avere rinvenuto nei boschi molti uccelli morti; nel parco de' fagiani del principe di Salm a Gedownitz, nella Signoria di Blansko fù osservato, che molti di questi uccelli cadevano dagli alberi, assaliti da vertigini, e che terminavano la vita in mezzo a convulsioni. Molte persone vogliono aver osservato alcun che di consimile nelle oche e nelle anitre. L'esperienza ci apprese, che nelle predette signorie venivano precipuamente affetti dal cholera individui di mezza età, abbenchè non ne fossero esclusi i fanciulli ed i vecchi. In altri luoghi, come, a modo d'esempio, a Klepatsov ammalarono tanti uomini quante donne; in Lazanek però furono colti dal cholera 27 uomini e 39 donne, e lo stesso avvenne negli altri distretti; cosicchè la malattia, per quanto concerne il sesso, non seguiva norma alcuna. Vi erano principal-

mente *predisposti* gli individui di *temperamento irritabile*, e ciò per motivi facilmente palesi al medico. Le affezioni gastrico-catarrali, le copiose diarree, l'aumento di sensibilità nel sistema dei gangli, e l'irritabilità del canal intestinale formavano una singolare predisposizione al morbo.

Si potrebbe ammettere come massima, avendolo provato l'esperienza, che la maniera di vivere è il principale motivo dello sviluppo del *cholera*, poichè il metodo di vita di quei paesani è tale da disporre precipuamente il canale alimentare a differenti malattie, e quindi anco al *cholera*. In quasi tutti quelli che ammalarono, si rinvennero complicazioni di ascaridi, rigettati con le evacuazioni per vomito e per secesso. Il Nido di questi vermi è la quantità enorme di pituita seperata nel canale intestinale mediante l'abuso che colà fassi delle patate, della zuppa di formaggio e del latte rappreso od agro. La maggior parte de' villici di quelle signorie si abbandona anche oltramodo alla bibita di acquavite, la quale ordinariamente viene estratta dalle patate. (La di cui pellicina contiene dell' acido idrocianico.) Ho conosciuto individui, i quali nella vita loro non avevano mangiato che patate e caccio, ne' bevuto altro che acquavite; quindi avevano essi l'aspetto giallo, cachetico, ed il ventre di continuo oltramodo gonfio. Se questi individui ammalavano, erane molto difficile la guarigione e protratta a lungo la riconvalescenza. Riguardo alla costituzione fisica del corpo si scorgevano più facilmente attaccati di *cholera* individui magri e cachetici, e vecchi che pativano di marasmo, abbenchè non facessero eccezione anco persone pingui e robuste.

La malattia scoppiata nella parte orientale della signoria, non osservando norma alcuna nel propagarsi in questa o quella località, si dilatò maggiormente nella classe più indigente del popolo, per quanto l'autore

potè giudicare dalle relazioni degli ammalati stessi, e da quanto risultava dalle domestiche loro circostanze. Cosa singolare ella si era, che fra tutti i malati di cholera ch'ebbi sotto la mia cura non se ne trovò neppur uno, che fosse benestante, od appartenesse alla classe de' pubblici funzionarii.

tractat; coordinationes necessarias determinat, et de his actis conceptum protocollum Amplissimo Magistratui submittit. — Immediata itaque instituti hujus inspectio est penes constitutam instituti directionem; superior penes Magistratum Civicum, qua Patronum instituti; suprema penes Excelsum Consilium Regium Locumtenentiale Hungaricum, cui etiam menstrua directionis protocola, pro benigno gratiosa ratificatione, sub-sterni solent.

### 3tio. Proventus Instituti annui.

Fontes perceptionum instituti hujus sunt sequentes: 1) Capitalium fundatorum interusura. 2) Camerae aeriarii civici subsidium. 3) Praestationes sub transcriptione fundorum. 4) Sub acquisitione jurium civis; 5) a lignorum divenditoribus; 6) a vinis in urbem invectis. 7) Tributum nundinale. 8) Proventus a taxa pro choreis, in locis publicis celebratis. 9) Dimidium proventus unius theatralis productionis. 10) Mulctarum pecuniarum pars a capitaneatus officio defixa. 11) Legata 20 florenos non excedentia. 12) Restitutio expensarum alimentationis captivorum. 13) Proventus Ecclesiae, ac tandem 14) Donaria specialia, summae menstruae aut annuae a benefactoribus quibusdam collatae, et in bursis de septimana in septimanam collectae. Praeter haec accedunt summae a diven-

ditis vestimentis in nosocomio demortuorum gratuito tractatorum; summae pro cura nosocomiali ab aegris juxta taxam defixam solutae, (qui fere quotannis unam tertiam partem summae omnium tractatorum efficiunt).

#### 4to. *Expensae nosocomii.*

Erogationes in nosocomio quotannis sequentes necessariae sunt:

1mo. In comparationem omnis novae suppellectilis circiter 1300—1700 f.

2do. In alimentationem aegrorum 9000—10000 f.

3tio. In procurationem medicamentorum 5000—7000 f.

4to. In salaria officialium 3100 f.

5to. In pensa menstrualia famulitii 2900 f.

6to. In ligna focalia, oleum, et candelas etc. 1400—3000 f.

7mo. In lotionem vestium albarum et repurgationem lectisterniorum 300—400 f.

8vo. In conservationem aedium 450—500 f.

9no. In requisita scripturistica et alias necessitates cancellariae 100 f.

10mo. In Ecclesiam 30—60 f.

11mo. In diversa alia, uti diurna, vecturas et similia 100—300 f.

Si numerus aegrorum quotidie praesens per integrum annum in summam contrahatur, atque

cum expensis nosocomialibus conferatur, apparet: quod anno  $18\frac{2}{3}$  singulus aeger quotidie nosocomium constiterit  $21\frac{1}{2}$  xr.;  $18\frac{3}{2}$   $24\frac{1}{2}$  xr.; anno vero  $18\frac{2}{3}$  25 xr.

## S e c t i o III.

### A c t i v i t a s I n s t i t u t i.

Cum restitutio sanitatis curae suae commissorum praecipuum scopum hujus instituti e pia mente fundatorum efficiat, hinc activitas ejus imprimis circa strenuam coordinationem mediorum ad hunc scopum ducentium versatur. — Media haec naturali suo ordine hoc loco enumerare nunc in animo est.

#### I m o. A s s u m p t i o a e g r o r u m.

##### a) C o n d i t i o n e s a s s u m p t i o n i s.

Ad nosocomium pestanum aegri omnis generis, sexus, aetatis et religionis certa tamen cum restrictione assumuntur, etsi illud proprie nonnisi aegris adultis, morbo acuto, aut chronico sanabili adfectis inquilinis destinatum sit. Quique autem recipiuntur, aut pro cura eis administrata certam altissimo loco ratihabitam taxam dependendam habent, aut certo ex respectu gratuito curantur.

Ad solutionem taxae stringuntur omnes, quorum facultates praestationi huic sufficiunt. Est autem taxa haec triplex: infima 16 xr., media 36 xr., et altissima 1 fl. pro singula die commorationis in nosocomio, quo ex respectu et triplex classis aegrorum exurgit. Ad hoc autem ut quis pro solutione suscipiatur nihil aliud requiritur, quam ut taxa, classis determinatae aut selectae, pro triginta diebus anticipative deponatur; pro eo vero casu si morbus in longius tempus protraheretur expetitur simul obligatio aegri aut alterius sufficienti hypotheca instructi pro omni fors majori summa. — Ab hac lege excipiuntur sodales opificum et artificum, qui collata determinato tempore in aerarium sui collegii pecunia, peculiares in hunc scopum habent bursas, e quibus pro singulo membro impensae nosocomiales exsolvuntur; hi nimirum nonnisi scheda recommendatoria ab antistite bursae (qui aut electus senior sodalium, aut ipse antistes collegii magistrorum est) provisi illico absque solutione anticipativa assummi possunt.

Immunes a persolvenda taxa sunt:

1mo. Personae omnes ad institutum pertinentes.

2do. Ptochotrophiorum diversorum intra et extra aedes nosocomii existentium membra; attamen beneficia, similibus secus obvenerint, per totum tempus curae e legibus instituti in bonum cassae nosocomialis cedere debent.



3tio. Satellites civici (vulgo trabani) et omnes reliqui ad famulitium civitatis pertinentes, hi schedis commendatoriis a suis superioribus providendi debent.

4to. Captivi e carceribus civicis graviore morbo adfecti per capitaneatus officium id svadente medico ordinario cum hujus testimonio transmissi; ast pro his summa quaequam ab aerario civico dependenda venit.

5to: Foeminae publicae infectae per politiae commissarios comprehensae; uti et omnes in plateis aut aliis in locis publicis inventae personae vagabundae, si morbo quopiam adfectae per officium capitaneatus transmittantur. Pro prioribus tamen facti cum illis lenocinii convicti expensas nosocomii, juxta taxam infimam computatas, de lege persolvere tenentur.

6to. Infortunato casu laesi aut adminus praesentaneo auxilio medico egentes ac ad nosocomium adlati.

7mo. Pauperioris sortis inquilini et servilis conditionis utriusque sexus, si testimonio paupertatis et medici (cujuscunque) de statu morbi provisi Sp. Dni Consulis annutum et subscriptio nem adferant.

8vo. Qui per benefactores nosocomii munificentiores, uti et per patronos lectorum foundationis Feszlianae et Marczibanyanae commendantur;

9no. denique parturientes absque omni exceptione.

b) Modus assumptionis.

Assumptio de regula immediate post matutinam aegrorum visitationem medicam, ubi nimirum numerus lectorum disponibilium innotuit, ab uno ex Assistentibus, quorum quotidie alteri nomine inspectionis hoc munus obvenit, praesente simul Scriba cancellariae perficitur; nihilominus tamen et tardius de die aut noctu advenientes non remittuntur, dummodo adhuc lectus vacuus adsit.

Aegri, qui ob gravitatem status morborum non amplius pedibus valent, per suos familiares quoquo modo ad nosocomium deferri debent: tantum in extraordinario casu, aut ubi solutio determinata praestatur, exmittuntur mediastini cum lectica nosocomiali ad hoc perficiendum. In singulo autem hujusmodi casu necessario praecedere debet percontatio Assistentis inspicientis de eo, an certo suscipi possit aeger aut non, ne fors lectis omnibus jam repletis aeger remitti debeat, et sic noxam capiat.

Aegri advenientes aut adlati a janitore ad conclave sub Nro III. deducuntur, ad quod dato mox a janitore cum peculiari campana signo in-

vitati Assistens et Scriba comparent. Examinantur nunc aegri, secus titulo uno aut altero e prius enumeratis ad assumptionem apti, per Assistentem relate ad naturam et gradum morbi, sine adaequatae distributionis et ne fors necessarii selectus, si nimirum major eorum numerus, ut saepissime fieri solet, confluxisset, quam cui recipiendo nosocomium eo tempore par est. Si ultimum hoc accidit, morbis acutis periculosioribus adfecti iis, qui leviori aut chornico malo laborant, caeteris autem paribus solventes imprimis sodales opificum gratuitam curam ex contra optantibus praeferuntur. — Determinato dein per Assistentem cubili, quo aeger deducendus est, inscribitur a Scriba ejus nomen interim sub numero currente in protocollum nominale (Zauffer); dein exaratur schaeda numero eodem currente protocolli provisae lecto aegri mox adfigenda (Bettzettel) continens nomen et cognomen aegri, locum natalem, religionem, aetatem, conditionem vitae, an coelebs vel uxoratus aut nupta, quo sub titulo susceptus et si solvens est, quid anticipative solverit, in altera vero schaeda (Garderobe zettel) conscribuntur vestimenta aegri secum adlata, pecuniae, documenta, fors alicujus momenti etc, etc.; utraque haec schaeda per Assistentem subscribitur.

Schaedae adlatae pro assumptione commendantes transmittentes aut eam admittentes, pecunia deposita, documenta et his similia a Scriba

recepta deferuntur ad cancellariam. Aeger vero, si ipse pedes ad locum destinatum pertingere non posset, eo per mediastinos una cum duobus dictis schaedis transfertur et concernente infirmario (aut - ae) traditur. Aeger vestibus depositis, si necessum, mundatur, in balnearium deducitur, puro indusio nosocomiali providetur, et ad assignatum lectum collocatur. — Vestimenta eius in fasciculum colligata una cum schaeda enumerationem eorum continente janitori pro curanda asservatione traduntur, a quo, si id status eorum exposceret, prius debite mundantur et ventillantur, et sic ad loculum depositorii sub numero protocolli deponuntur.

Parturientes absque omni nunc dicta formalitate quovis diei aut noctis tempore suscipiuntur, et per janitorem obstetrici traduntur, nomen et caetera cancellariae insinuantur, ubi sub numero corrente protocolli adnotantur.

## 2do. Distributio aegrorum.

Aegri ad nosocomium assumpti servata antiqua subdivisione in externistas et internistas dispescuntur; quibus adhuc accedit sectio tertia parturientium et puerperarum. Externistis adnumerantur omnes, qui morbo ad chirurgiae sphaeram pertinente adfecti sunt. His cubilia infra primam contiguationem aedificii principalis sub Nris. 4. 5. 7. 8. de-

stinata sunt. Omnes reliqui internistarum nomine insigniuntur; hi omnia reliqua cubilia in 1ma et 2da contignatione ac in nosocomio filiali occupant praeter cubilia sub numeris 31. 33. 34 — gravidis et puerperis reservata.

Aliud fundamentum distributionis sistit classis, cui aegri assumpti adpertinent. Triplex, ut superius diximus, distingvitur in hoc nosocomio classis: infima quam taxam infimam solventes et gratuito suscepti constituunt, hi in cubilibus majoribus communibus curantur; media, eorum nimirum, qui taxam mediam dependent, pro quibus cubilia paucis lectis instructa secundae contignationis sub Nro. 26. et 34. adaptata sunt; ac suprema ad quam hospites nobiliores supremam taxam pro cubilibus separatis (23. 24. 25. 35.) dependentes numerantur. — Ab omnibus aliis separati sunt, in Nro. 10 et 11 captivi scopo curationis nosocomio transmissi et ii, quorum personae requisitione peculiari politiae civicae invigilandum est.

In omni sectione et classi mares a foeminis strenue separati, in distinctis cubilibus curantur.

Naturae morbi in distributione aegrorum prohdolor! in nosocomio nostro respectus nullus haberi potest. Magnus enim numerus aegrorum continuo se insinuantium omnem similem, saepius jam tentatam, dispositionem in tantum impedit, ut saepe nec quidem superius adductae distinctiones fieri pos-

sint, verum aeger neoassumptus aut plane nosocomio obtrusus illuc collocari debeat, ubi recte spatium adhuc invenitur; unde non raro internistae inter externistas et vicissim inveniuntur, saepe cubilia integra aliis aegris, quam quibus destinata sunt, replentur. Summe optandum foret, ut ad minus pro morbis contagiosis frequentius occurrentibus, ut syphilide et psora, distincta conclavia adessent. — Vesani quoque non prius ab aliis aegris separantur, quam ubi societati nimis molesti fiunt.

### 3tio. Instructio cubilium.

Cubilia communia infimae classis tot continent lectos, quot spectata salute aegrorum capere possunt. — Lectus singulus constat: sponda abiecta septem pedes longa et tres et dimidium lata vernice bruneo communiter tincta, sacco stramento referto et desuper posito gausape quadruplicato, quae linteo obteguntur; porro adsunt in eo duo pulvini capitis, unus stramine alter pilis equinis farctus ac indumento lineo (communiter coeruleo) obductus, tegmen efficit lodix amphitapa gossypina colorata subsuto linteo albo. In spondae parte superiore (Kopf:Ende) adfixa est tabula nigra numero lecti provisae, cui inscribitur nomen aegri cum die assumptionis, status morbi et duratio, sub ordinatione vero adscribitur diaeta. Duobus lectis, tribus pedibus ab invicem distantibus, interposita

est bifariam divisa mensula, in qua pro singulo adest cochlear, culter et furcinula cibaria, poculum unius circiter sextarii pro potulentis, phiala vitrea ad assumendas medicinas, quae eidem mensae adponuntur; praeterea mantile, pecten; sputatorium et lagena urinaria. Singulus aeger insuper accipit indusium, mitram dormitorium, amiculum cubicularium, tibialia, et par crepidarum. — Cubile autem ipsum pro communi usu provisum est: urceis pro aqua pura, pelvi figlina pro lotionem, sellis duabus et una patina patrochli, sputatoriis duobus ligneis majoribus arena repletis, pluribus sellis, velis portatilibus duabus, et lampade. Peculiari vero sub parabolani cura adest scrinium simul mensam efficiens, in quo asservatur suppellex omnis cubili destinata, materiale deligationis, et vincula lorea ad devinciendos delirantes. Adest praeterea horologium. Plura cubilia simul habent patinas et fascias pro venaesectione, syringas pro clysteribus adplicandis, batillum cubicularium, apparatusum Mugdeianum pro suscipiendis vaporibus et in culina communi in quolibet tractu plures ollas et vasa tripodae figlinae pro potibus theatis, cataplasmatibus, clysteribus et aliis coquendis.

Cubilia secundae et tertiae classis eodem fere modo instructa sunt ut priora; ast suppellex omnis elegantior est.

In chirurgico tractu ea occurrit differentia instructionis, quod in singulo cubili ad sit lectus

pro fracturis et apparatus major deligatorius. — In sectione obstetricia adsunt requisita obstetricia, et labra pro balneandis neonatis, praeterea penes singulum lectum puerperae lectulus pro ejus neonato.

In cameris pro vesanis praeter spondam stramine refertam et sellam patrochli nihil continetur.

Quidquid ex utensilibus et suppellectili quoquo modo usu deteritur, corrumpitur aut confringitur id ab oeconomo adlatis et restitutis per parabolanum concernentem fragmentis aut residuis novo permutatur. (das Kassirn)

#### 4to. Tractamen medicum aegrorum.

Aegri mane tempore hyemali hora 7ma, aestivo vero 6. ab ordinariis visitantur et quidem, in sectione internistarum in nosocomio ipso ordinationem perficit Medicus primarius, in nosocomio vero filiali Medicus secundarius; sub ipsa ordinatione adest simul Assistens concernentis tractus, qui jam ante tempus ordinationis singula ei commissa cubilia inspicit, de statu aegrorum se informat et omnia necessaria praevisae coordinat. Ordinatio fit secundum numerum lectorum, Assistens necessaria Ordinario refert, et ordinationem schaedae peculiari numero protocolli cubilis et lecti ac nomine aegri provisae inscribit. Diaeta ut superius dictum est tam tabu-



lae nigrae quam schaedae nunc memoratae adscribitur. — Quae secus circa aegrum faciendae sunt parabolano injunguntur.

Omnes schaedae ordinationis unius cubilis asserculo peculiari adfixae terminata in eo ordinatione immediate in pharmacopaeam transmittuntur.

Postmeridie circa horam 4 altera instituitur visitatio per Assistentem, sub qua aegri hac die suscepti strictiori examini subjiciuntur, diagnosis quantum fieri potest accuratissima construitur, et illico tabulae lecti una cum caeteris superius dictis adscribitur, et necessitate exposcente illico debita coordinantur.

Terminata hac visitatione vespertina, Assistentes Ordinario observata et a se ordinata referunt, atque in casibus gravioribus consilium Medici primarii expetunt.

Non obstante hoc ordine et aliis temporibus diei, ubi aeger morbo graviori adfectus adfertur, aut ubi in aliquo aegro jam diutius in nosocomio commorante peculiaria se offerunt symptomata, id annunciante parabolano, ab Assistente necessaria coordinantur.

In sectione chirurgica ordinationes medicae in casu leviori et in quantum ad ipsam tractationem chirurgicam spectant, a chirurgo suo Assistenti dictantur; in casu tamen graviori et hic

obligatur consilium Medici primarii expetere aut illius curae aegrum penitus committere.

Quod tractamen medicum aegrorum in hoc nosocomio concernit, id solum adnotandum venit, quod simplicitati summum impendatur studium; formulae quidem aliquae compendii causa in usu sunt, his tamen ordinarius nequaquam adstringitur; sed omnia juxta optimum saum scire ordinat et praescribit, minus parsymoniae, quam salutis aegrorum respectum habens, ita tamen ut omne dispendium evitetur.

### 5to. Tractamen chirurgicum.

Omnes in nosocomio necessariae encheireses chirurgicae a Chirurgo nosocomii perfici debent. Operationes majoris momenti nonnisi ex consilio primarii medici suscipere licet. Deligationem ulcerum, vulnerum etc. etc. quotidie mane hora 5ta socio Assistente absolvit. Si in alia sectione deligatio aegri alicujus, venaesectio, et his similia necessaria sunt, ea quoque immediate post acceptum desuper nuncium Chirurgi perficere tenentur, nisi Assistens medicus concernentis tractus ea sponte ipse exequi velit.

Applicatio hirudinum, vesicantium, sinapismorum, cataplasmatum, fomentationum, injectio clysmatum, inunctiones etc. parabolani, singulus in sibi commisso cubili, perficiunt.

## 6to. Tractamen obstetricium.

Gravidæ beneficio hujus instituti uti exoptantes ab Obstetrice nosocomii investigari debent; si partus proximus expectatur in nosocomio retinentur, secus vero ea cum inviatiōe remittuntur, ut certo tempore iterum se investigationi sistere velint.

Parturientibus Obstetrix e lege absque exceptione adsistere debet, si tamen quid sub partu accideret, quod manus exercitati Obstetricatoris, aut Medici praesentiam exigeret, inommissis in priori casu Chirurgum, in altero Medicum primarum in auxilium vocare tenetur.

Puerperae cum neonatis quotidie per primum Medicum, et suum Assistentem invisuntur, ut nefors necessaria coordinare possint.

## 7mo. Res pharmaceutica.

Medicamenta necessaria secundum schaedas ordinationales quam fieri potest citissime in pharmacopoea praeparantur; parata a parabolanis dato prius eis signo ad sua cubilia in tabulis loculis provisus deferuntur, et secundum adscriptos singulo medicamento numeros distribuuntur.

Potus theatos parabolani in culina communi, uti et cataplasmata hisque similia praeparant.

Quaedam materialia uti sapo oleum malthum aut hordeum etc. sic et hirudines per Oeconomum erga Assistentis assignationem administrari solent.

E schaedis ordinationibus sectionis internistarum Assistens medicus junior, in chirurgica vero sectione Assistens chirurgus similes ordinationes extrahit, et sic quotidianam ordinationem quotidie conscribit et Provisori pharmacopoeae tradit, qui taxam singulo numero adjungit et sis pro subscriptione Medico primario substernit. — Visitatio pharmacopoeae quotannis instituitur per Inclytae Facultatis Medicae Decanum, et per Professores Chemiae et Botanices, praesente simul Directore nosocomii.

### Svo. Alimentatio aegrorum.

Alimenta aegris juxta ordinationes medicas ab obsoniatore pro certo pretio administrantur.

Quadruplex autem in hoc nosocomio usu venit relate ad quantitatem alimentationis modus: quadrans portio, aut diaeta tenuis constat tribus jusculis mane, tempore meridiano et vesperi propinandis, et  $\frac{1}{4}$  panis; media portio mane jusculo, ad meridiem jure carniū, embammate et dimidio pane, vesperi jusculo constat;  $\frac{3}{4}$  portionis efficiunt mane jusculum ad meridiem jus carniū, embamma cum duabus unciis vitulinae, olera farina incocta et  $\frac{3}{4}$  panis, vesperi itidem

jusculum; integra vero portio constat mane jusculo, ad meridiem jure carniū, embammate cum duabus unciis vitulinae, oleribus farina incoctis cum 4 unciis carnis bubulae coctae, et integro pane, vesperi ut omnibus jusculo cuminaceo; panis nosocomialis 7 uncias appendit.

Si quae fercula, uti farinacea, lacticina, fructus cocti, assaturae, juscula vinacea etc. Ordinario necessaria esse viderentur, ea extra ordinem data assignatione, ab obsoniatore parari, ita ita et vinum, cerevisia, acetum, sal etc. per eundem administrari debent.

Ut autem obsoniator requisitam quotidie quantitatem alimentorum accurate et suo tempore administrare valeat, submittitur ei schaedia diaetae per Assistentem primarium illico post visitas medicas confecta a Directore, subscripta, in qua per singulum cubile numerus diversarum portionum, uti et quantitas vini, aceti etc. in peculiaribus columnis inscripta est.

Alimenta aegrorum secundae et tertiae classis a prioribus differunt eo, quod magis exquisita et delicatiora sint.

Tempus alimentationis pro jentaculo est hora 7, pro prandio 11ma et pro coena hora 6 postmeridiana. Cibi parati dato signo per campanam a parabolans ad cubilia in phialis stanneis peculiari tabulae impositi deferuntur, ubi Assistens

inspectionista ejusdem diei ea quoad quantitatem et qualitatem investigare solet.

### 9no. Respectus munditiei.

Primum praeter medicamenta et alimenta ad feliciter curandos morbos requisitum aër purus est ; hinc cubilia aegrorum ventilatoriis in fenestris instructa sunt, praeterea ut vapores stagnantes e cubilibus efferantur inter duo et duo cubilia camini per parietes decurrunt usque ad pavementum supremum aedium ; hac ratione et eo tempore aër renovatur dum fenestrae ac portae apertae relinqui non possunt. Caeterum renovatio aëris quotidie ternis vicibus mane ante visitam, dein post sumptum prandium, et a meridie rursus post visitam apertis omnibus fenestris et januis suscipitur. -- Praecavetur vero aëris corruptio imprimis eo, quod omnia quae liberam ejus per totum cubile circulationem impedirent, sollicite amoveantur ; quod vela portatilia nonnisi agonizantium lectis applicentur, dein quod vetitum sit vestimenta quaecumque aegrorum in cubilibus asservare ; et tandem quod omnes inunctiones quantum fieri potest studiose evitentur.

Cubilia ipsa quotidie summo mane mundantur, lecti novitus sternuntur, infecta fors indumenta eorum mundis permutantur ; conten-

ta vero sellae patrochli lagenarum urinaria-  
rum, sputatoriorum, sanguis fors venaesectione  
emissus, vomitu rejecta, et similia pathognomo-  
nica illico post visitam ejiciuntur.

Quovis die Sabbathi pavementum cubilium  
aqua medio setacci abluitur, ita et ambitus a  
tergo cubilium decurrens a parabolanis, gradus  
vero a mediastinis purgantur. — Omni anno  
semel et quidem de aestate, ubi id numerus ae-  
grorum admittit cubilia evacuata per aliquot dies  
ventillantur, et dealbantur quo tempore simul  
necessariae reparaturae in omni suppellectili eo-  
rundem suscipitur.

Decedente aegro lectus novo stramine, indu-  
mentis mundis et lodice bene eventilato provi-  
detur, ita ut neadveniens aeger ad omnino  
mundum lectum collocari possit. Aegro diutius  
in nososomio commoranti linteum et indusium  
adminus omni septimana semel mundis per-  
mutantur.

## 10mo. De cura animarum.

Aegri in nosocomio civico existentes con-  
solationem spiritualem quotidie obtinent. Paro-  
chus nosocomii aegros neosusceptos adit, quibus  
quietem mentis conscientiae et confidentiam  
in Supremum Numen commendat, ac eos post-  
quam S. Exomologesin peregissent S. Synaxi

reficit, debiliores omnibus morientium Sacramentis providet, generaalemque omnibus absolutionem impertitur.

Alterius confessionis aegri, si specialiter id exoptent, visitantur, et suo more sacris providentur a suis Pastoribus aut eorum cöoperatoribus.

In ecclesia nosocomiali quotidei mane hora 9 diebus vero domini et festis hora 10 Missae Sacrificium in praesentia convalescentium, et multorum extra nosocomium habitantium celebratur.

### **Immo. Convalescentium exscriptio.**

Si sub visitatione medica aegri cujuspiam aut convalescentis aut adminus emendati dimissio ab Ordinario decernitur, tunc illum concernens schaedä ordinationalis, et altera prius lecto affixa nationale illius continens (Ropfszettel) Assistenti medico primario ex omni sectione transmittuntur, qui nomina illorum, cum numero currente protocolli, et numero cubilis in schaedä peculiari adnotat, et Cancellariae submittit; ab ea vero janitori eadem traditur consignatio, ut vestes ab eo asservatas proprietariis restituere possit.

Solventibus nota praestandae solutionis traditur, et id, quo jam anticipative deposita sum-



ma praestationem excedit, eis redditur; in contrario vero casu solutio ab illis expetitur.

Dimittuntur autem convalescentes ex instituto assumpto prandio.

Ii, qui per officium Capitaneatus qualicunque sub titulo nosocomii curae committebantur, vigiliis provisi ad domum civicam remittuntur data simul schæda dimissionali per Assistentem medicum primarium, quæ per vigiliarum magistrum civicum subscripta rursus remittendâ est.

## 12mo. De mortuis.

Morbo lethali succumbentes, ubi nulla amplius dant vitæ indicia, deferuntur per mediastinos aut ab ipsis parabolanis ad domum mortuorum, altera vero die suscipitur sectio pathologica, cujus resultata peculiariter adnotantur.

Sepultura curatur vel per nosocomium ipsum gratuito, vel vero per consanguineos aut amicos demortuorum. Beneficii gratitæ sepulturae et alii pauperioris sortis in ambitu civitatis demortui participes fiunt, si a suis Parochis dimissi, ad nosocomium deferantur; similiter et ii, qui infelici casu interierunt atque sic nosocomio tradebantur; omnes gratuito sepeliendi linteo crassiori involuti per Parochum benedicuntur, et in capulo communi curru deferuntur ad coemeteria diversa civitatis.

li vero, qui cura amicorum exquisitiori ritu sepulturae traduntur, hi pro diversitate majoris vel minoris pompae plus vel minus dependendum habent.

### 13tio. De protocollis et relationibus medicis.

Ut hucusque enumeratus ordo observari possit, diversa ante omnia necessaria sunt protocol-  
la, nimirum :

1mo protocollum Medico-chirurgicum (das medicinische Krankenprotokoll); huc secundum numerum curentem inscribuntur nomen et cognomen, locus natalis, vitae conditio, Religio et aetas aegri, an coelebs — an uxoratus vel nupta — viduus vel vidua, dies assumptionis, numerus cubilis et lecti, conditio susceptionis, status morbi, dies exitus aut mortis, et in casibus extra ordinariis succincta morbi historia; haec ultima tria non nisi sub exscriptione aegri inseruntur. Protocollum hoc concinnat et asservat Medicus Assistentens primarius.

2do. Est protocollum principale personale aegrorum; simile est priori eo excepto, quod ipsum morbum concernentia desint. (das Hauptkranken Protokoll).

3tio. Est protocollum vestimentorum in quo etiam sub numero currente protocolli inscribuntur nomina susceptorum et vestimenta, ac alia

ab iis adlata, praeterea continet columnam in qua inseritur dies et modus restitutionis, aut in casu ubi quis gratuito susceptus et tractatus in nosocomio demortuus esset, quandonam vestimenta haec in emolumentum nosocomii vendita sint. Haec duo protocolla in Cancellaria curantur.

4to. Sunt protocolla duo demortuorum, quorum unum a Parocho aliud vero a chirurgo qua mortuorum inspectore ducitur; in haec inscribuntur omnes tam in nosocomio demortui, quam illuc pro sepultura, adlati cujuscunque religionis, aut confessionis sint.

Inspector praeterea plures habet libros rationarios, quorum enumeratio hic superflua esset.

Ut autem Director nosocomii et Consul civitatis omni tempore statum aegrorum in nosocomio perspicere valeat, hinc primo quotidie relatio praestatur ab Assistente medico primario tabellaris in duplo (*Tagß Rapport*), in hac adducitur 1. secundum sectiones in nosocomio usitatas numerus aegrorum priori die praesentium, dein numerus eodem die assumptorum 3. numerus dimissorum, demortuorum, aut ex una sectione in aliam translatorum, quibus in summa a prioribus detractis resultat numerus mane sub visita medica praesentium; adscribuntur praeterea a tergo huius relationis nomina priori die demortuorum cum

causa mortis; denique nomen Assistentis inspectionistae huius diei adducitur.

Sub fine mensis vero datur relatio specialis de omnibus in nosocomio hoc mense tractatis in tabellarem conspectum contracta; enumerantur adeoque morbi systematice cum numero aegrorum a priori mense residuorum, in altera columna continetur numerus hoc mense e singulo morbo accedentium, in tertia summa priorum adeoque omnium tractatorum; dein in suis singulis columnis sanati, emendati et mortui, atque in fine horum summa exponitur; ultima denique columna continet residuos e singulo morbo decumbentes aegros.

Adnectitur sub fine conspectus generalis omnium in nosocomio elapso mense tractatorum, dimissorum, mortuorum; et adnotatur numerus eorum qui e demortuis in agone tantum, quod saepe fieri solet, nosocomio tradebantur. Relatio haec conficitur per Assistentem medicum primum in triplo, subscribitur a Directore et traditur cancellariae. Exacto vero anno ex omnibus mensuris construitur iterum per Assistentem medicum primum 1. Relatio specialissima super omnes per decursum anni in nosocomio tractatos, 2. conspectus tabellaris generalis totius anni, qualis relationi menstruae in fine adnecti solet. Hae relationes in triplo expeditae et a Directore instituti subscriptae per cancellariam ulterius ad Magi-

stratum et hinc ad Excelsum consilium promovetur.

Praeter relationes has tabellares ipse Director nosocomii quotannis specialissimam Excelso Consilio Locumtenentiali Regio submittit relationem, in qua genius epidemicus cum atmosphaerae constitutione, morborum tractatorum specialis character, methodus tractandi et huius resultata, casus obvenientes memorabiliores, verbo omnia, quae tantum scitu digna occurebant, dilucide deducuntur.

## A p p e n d i x.

Conspectus generalis morborum per triennium frequentius in nosocomio isthoc occurrentium, habito respectu constitutionis atmosphaerae et genii epidemici.

18<sup>30</sup>/<sub>31</sub>

**N o v e m b e r.** venti N. — sereni dies nulli; pluviae 7. temperatura moderata; — genius epidemicus praevalens nullus, occurrebant phlogoses, rheumatismi, catarrhi, febres intermittentes cum malis posthumis, copiosi hydropes.

**D e c e m b e r.** Ventus regnans N. coelum toto mense nubilum et pluviae frequentiores; magna hoc mense rheumatismorum frequentia, copiosi morbi exanthematici praesertim variolae; evoluta est hoc mense in nosocomio filiali gangrae-

na nosocomialis, fere omnibus, quos praehendit lethalis.

**Januarius.** Venti regnantes N. initio mensis frigus moderatum, pluviae et nives, circa medium intensius, aura sicca, — character inflammatorius regnans, copiosae phlogoses organorum pectoris. —

**Februarius.** Venti regnantes. N. et S. nebulae per dies 15, pluviae per dies 4, nives per dies 6; — morborum genius omni respectu similis genio mensis prioris.

**Martius.** Venti N. et W. tempus frigidum ventosum et nubilum integro fere mense, pluviae per dies 10, nives per dies 7, boreas per dies 3; — genius morborum inflammatorius perdurat.

**Aprilis.** Venti S. pluviae 9, temperatura variabilis, mane aura frigida, circa meridiem valde calida, vesperi aspera; — haec temperaturae conditio characterem inflammatorium sustentavit, et frequentes catarrhales ac rheumaticas affectiones genuit.

**Maius.** Venti W. pluviae per dies 14, temperatura secus nimium variabilis; — febres intermittentes copiosae, et rheumaticae characterem nervosum facile assumentes.

**Junius** Venti N. pluviae per dies 15, tempestates duae, tempus secus valde inconstans; — frequentes catarrhi, rheumatismi, circa finem mensis copiosi morbi abdominales, quorum in

systemate cholopoetico haesit radix; occurrit quoque saepius febris putrido nervosa cum purpura typhode.

Julius. Venti W. W. aestus magnus pluviae copiosae per dies 14, et 4 cum tempestatibus, nebulae densae post ortum solis evolutae toto fere die persistentes, inamoenum lutosum odorem unde quaque spargentes, homines aegerrime adficientes; — haec aëris inconsveta conditio genuit innumeros catarrhos ad initium mensis epidemicos; febris intermittens licet rarissima duabus sororibus aliquantum jam tumentibus sub stadio frigoris lethalis evasit. Stupendum in reliquo hoc mense apud nos intercessit morborum decrementum supremis naturae moliminibus in id quasi conversis, ut organismi nostri, post concessas has a potentiis nocentibus inducias, novis iustoque vehementioribus impetibus cosmicis reniti queant viribus valentioribus; sicque dum quisquis laudaret statum incolumem, vulgus profanum morbum imminem in dubium vocaret, dumque coordinationes medico-politicae ad reprimendam hanc calamitatem susceptae, gravium turbarum evaderent causae, irruit cholera indica severitate sua magnas undique sub sui ingressu edere consveta strages, nec sexui nec aetati, nec conditioni, nec vitae generi parcendo invasit, secus incolumes, et aliis morbis iam diutius distentos, et tanta quidem vehementia, ut quot

quot initio prehenderet, totidem fere evaderent victimae morbi fatalis.

**Augustus.** Venti N. coelum raro serenum nubilae fere perpetuae coloris rubro-coerulei utraque civitates undequaque obnubilantes, pluviae per dies 12; — morbus priori mense epidemicus perstat, et licet altiori jussu nosocomia alibi pro eo erecta haberentur, aderant tamen quotidie complura morbo correpta individua; intercurrit huic cholera biliosa, aderant praeterea plures casus dysenteriae biliosae; comparentibus demum circa finem mensis febribus intermittentibus, paroxysmis suis choleram indicam mentientibus mox tamen mitioribus, quae sub evolutione epidemiae hujus penitus disparuere epidemia haec sensim cessare coepit.

**September.** Venti N. S. nebulae spissae temperatura semper frigidiuscula, aurora borealis; — copiosae febres intermittentes saepe larvatae, aliquoties formam cholerae induentes; complures febres nervosae, torpidae et putridae; ac hydropes.

**October.** Venti N. mensis hic constanti serenitate, calore et amoenitate sua se peculiariter distinxit; — febres intermittentes perdurant aderant secus exanthemata, morbi biliosi, et phlogoses sat validae.



Conspectus tabellaris morborum praecipuorum  
1857 in nosocomio St. Rochi tractatorum, ha-  
bito respectu frequentiae eorundem.

	tractati	sanati	emendati	mortui	remanentes
1. Febres intermittentes	501	475	—	2	24
2. Syphilides .....	380	331	22	7	20
3. Febres gastricae ....	315	305	—	—	10
4. Inflammationes omnis generis .....	294	248	—	26	20
5. Adfectiones rheuma- ticae .....	266	253	—	—	13
6. Febres nervosae .....	205	169	—	32	4
7. Hydropes .....	182	90	—	71	21
8. Cholerae orientales ..	176	76	21	77	2
9. Phthyses .....	172	—	20	148	4
10. Adfectiones catarrhales	163	154	—	—	9
11. Exanthemata (35 erys.) (25 variol.) etc. ....	141	130	—	—	11
12. Febres putridae .....	101	73	—	28	—
13. Diarrhoeae et Dysen- teriae .....	73	56	—	15	2
14. Infarctus, et induratio- nes viscerum .....	54	42	1	8	3
15. Scorbuti .....	43	35	—	7	1
16. Paralysis et Apople- xiae .....	40	11	3	23	2
Morbi interni reliqui di- versi .....	158	122	28	—	8
Morbi ad chirurgiae sphaeram pertinentes	274	177	32	6	29
Morbi mentis .....	22	4	17	—	1
Marasmi .....	41	—	5	34	2
(Parturientes .....	92	—	85	2	5
(Neonati. ....	86	—	66	13	7

in Summa : | 3779 | 2754 | 300 | 530 | 198

Inter 530. mortuos sunt: 92. in agone adlati.  
Extra nosocomium demortui, et sine impetranda gratui-  
tae sepulturae ad domum mortuorum delati sunt 188  
mares, 90 foeminae, 84 proles.

## A n n u s 18 $\frac{3}{2}$ .

**November.** Venti N. W. nebulae frequentes, pluviae per dies 10, nives per dies 4; — morborum genius ut mense priori.

**December.** Nebulae perpetuae foetentes; — febres omnis generis cum propensione in characterem adynamicum.

**Januarius.** Initio mensis coelum serenum aër siccus electricus, noctes algidae; — phlogoses innumerae graviores; — repentina circa medium mensis frigoris remissio cum nebulis perpetuis genuit catarrhos, rheumatismos et febres intermittentes. — Convalescentia tardior, et relapsus faciliores, copiosae phthyses.

**Februarius.** Primis 6 diebus pluviae perpetuae dein repentina serenitas, et tempus amoenissimum usque finem mensis; — adfectiones rheumaticae omnis generis et febres intermittentes.

**Martius.** Venti N. W. temperatura toto mense amoena serena; — febres intermittentes tertianae ac quotidianae.

**Aprilis.** Venti N. Coelum in toto fere mense serenum, pluviae per dies 4, nives per dies 4; — initio febres intermittentes copiosissimae, circa medium mensis phlogoses omnis generis.

**Majus.** Usque 21-am venti ingrati frigidi, pluviae frequentes; character inflammatorius eminentiori

in gradu persistit, febribus quoque intermittentibus se frequentius obtutui sistentibus.

**Junius.** Venti N. perpetui frigidissimi, coelum nunquam serenum, nubes multae, pluviae rarae et parcae; — character morborum ut mense praeterlapso.

**Julius.** Singularis et insolitus observabatur hoc mense atmosphaerae status, magna Barometri et Thermometri variabilitas, pluviae per dies 11, sed nec aërem nec terram reficientes, venti perpetui N. W. fortes, et tamen morbi pauci mites, plerumque inflammationes leviores; febres intermittentes cum remittentibus confluentes; — funera perrara.

**Augustus.** Venti N. W. et S. W. moderati, toto mense, ingens siccitas, tempestates 6; — magna morborum in statum nervosum opportunitas; copiosae diarrhoeae serosae in choleram facile transientes, Cholera ipsa sat frequens.

**September.** Venti N. W. aura subfrigida; — magna febrium intermittantium praesertim tertianarum copia, phlogoses cum nota biliosa.

**October.** Venti fere nulli tempus die noctuque amoenum et calidum; — morbi biliosi, adfectiones catarrhales, copiosae variolae, varioloides et aliquot scarlatinae.

Denominatio morborum ;	tractati	sanati	emendati	mortui	remanentes
1. Febres intermittentes	413	399	—	—	14
2. — — gastricae ....	393	382	—	—	11
3. Inflammationes .....	363	328	—	18	17
4. Syphilides topicae et universales .....	285	234	8	4	39
5. Hydropes .....	189	106	—	77	6
6. Exanthemata .....	175	150	—	3	22
7. Adfectiones rheumati- cae .....	161	151	—	—	10
8. Phthyses .....	146	—	3	133	10
9. Adfectiones catarrhales	128	121	—	—	7
10. Diarrhoeae et Dysente- riae (17) .....	99	85	—	12	2
11. Febres nervosae .....	91	51	—	34	6
12. Cholerae orientales ..	71	34	—	37	—
13. Infarctus et induratio- nes viscerum .....	62	52	—	6	4
14. Paralysis et Apoplexiae	33	6	2	21	4
15. Haemoptoë et Haema- temeses .....	26	18	—	5	3
Colica pictorum ....	20	13	—	2	5
Icteri .....	11	8	—	—	3
Morbi interni, reliqui,	139	109	—	15	15
Morbi ad chirurgiae sphaeram spectantes	264	176	19	35	34
Morbi mentis .....	16	9	4	—	3
Marasmi .....	27	—	3	22	2
(Parturientes .....	61	—	57	2	2
(Neonati .....	60	—	55	3	2
in Summa :	3233	2432	151	429	221

Inter 429 mortuos sunt 66 in agone adlati.  
Extra nosocomium demortui et sine impetrandae gratui-  
tae sepulturae ad domum mortuorum hoc anno delati  
sunt: 117 viri, 80 foeminae et 50 proles.

A n n u s 18 $\frac{32}{3}$ .

**November.** Nebulae per dies 12 pluviae per dies 9, nives per dies 2, aura frigidiuscula, venti N. W. adfectiones rheumaticae omnis generis complures febres intermittentes, morbus variolosus.

**December.** Coelum toto fere mense nebulosum et triste, nives solenniores per dies 3, pluviae per dies duas, ultimis diebus frigoris sensibile incrementum, venti N. W.; — character morborum idem cum eo mensis prioris, variolantium iterum complures, nonnullae febres nervosae.

**Januarius.** Intensissimum constansque frigus usque 28vum, dein repentina remissio, nives per dies 10, nebulae per dies 15, venti rari N. W.; — phlogoses omnis generis strictiorem remedium antiphlogisticorum apparatus exposcentes, rheumatismi acutissimi et copiosae variolae naturales.

**Februarius.** Temperatura mollis venti S. et frequentes pluviae per dies 2, nives per dies 3; — morborum genius phlogisticus mitior, variolae frequentes benignae, morbi catarrhales.

**Martius.** Usque 6 ultimos mensis dies pluviae et nebulae crassae, in reliquo id hoc mense erat memorabile, quod consveti ventus aequinoctiales penitus emanserint; character phlogisticus intercurrentibus nonnullis pyrexijis, intermittentibus typi quotidiani, et tertiani, variolarum sat magnus numerus.

**Aprilis.** Venti varii N. W. S. et S. W. nebulae perpetuae et temperatura frigida; character morborum subinflammatorius, complures febres intermittentes, nonnullae biliosae, circa ultimos mensis dies nonnulla Influenzae (Grippe) indicia.

**Majus.** Constans et insolitus aestus, venti perpetui septentrionales, pluviae paucae nebulae nullae; — morbi catarrhales sine et cum nota biliosa, nonnullae phlogoses et aliquot nervosae febres.

**Junius.** Aestus fere constans, tempestates nullae, pluviae per dies 3 venti N. W. et S. Influenza penitus evanida, febres intermittentes et biliosae copiosiores evaserunt.

**Julius.** Intensissimo prioris mensis calori successit sensibile frigus magnaue temperaturae iniquitas, Aprili potius propria, coelum semper triste, nebulae crassae, et pluviae copiosae, tempestates frequentes et fortes; — character morborum idem cum eo mensis praeteriti, morbi plerumque mitis.

**Augustus.** Calor moderatus, pluviae magnae per dies 19, tempestates sat graves procellosae; — magna rheumatismorum copia, morbi biliosi sensim evanuerunt.

**September.** Usque 24am pluviae, tandem coelum serenum, temperatura calida amoena, tempestates 3, venti fortissimi N. W. et N. O.; character biliosus increscit comparentibus simul phlogosis, aderant nonnulli rheumatismi ac febres intermittentes.

October. Temperatura mollis et amoena, serenitas perpetua, venti rari, genius epidemicus nullus, morbi rarissimi et mitissimi.

Denominatio morborum:	tractati	sanati	emendati	mortui	remanentes
1. Inflammationes .....	379	346	—	22	11
2. Syphilides .....	352	299	12	—	41
3. Adfectiones rheumaticae	220	210	—	—	10
4. Adfectiones catarrhales	197	186	—	—	11
5. Febres gastricae .....	173	166	—	—	7
6. Febres intermittentes	161	151	—	—	10
7. Phthyses .....	147	1	3	136	7
8. Hydropes .....	123	77	1	43	2
9. Variolae .....	(101	90	—	11	—
Exanthemata reliqua	(110	99	—	2	9
10. Febres nervosae .....	67	39	—	23	5
11. Infarctus et indurationes viscerum .....	48	42	1	1	4
12. Paralyses et Apoplexiae	48	17	—	27	4
Febres putridae .....	20	11	—	9	—
Diarrhoeae et dysenteriae .....	48	36	—	12	—
Morbi interni reliqui ..	246	213	8	8	17
Morbi ad chirurgiae sphaeram spectantes	287	214	21	33	19
Morbi mentis .....	13	7	1	2	3
Marasmi .....	22	—	2	19	1
(Parturientes .....	85	—	83	1	1
(Neonati, et inventitii (6) .....	94	—	87	6	1
in Summa:	2941	2204	219	355	163

Inter 355 demortuos sunt 42 in agone adlati.  
Extra noscomium demortui et fine impetrandae gratulae sepulturae ad domum mortuorum hoc anno delati sunt: 104 viri, 63 foeminae, 58 proles.

Conspectum hunc morborum tantum generalem esse singulus pervidet. Limites enim dissertationis multum excederet, si ea quae in hoc instituto per triennium acta sunt, specialius delineare studuissem, quod utique eo minus necessarium esse duxi cum Sp. Dominus Director Leopoldus Windisch, quam plurimas et egregias a pluribus annis de hoc argumento publici juris fecerit relationes. — Vide :

Orvosi Tár 1831. 1ső kötet 2 Füzet:

2) Számadás azon betegségekről, mellyek 1830ban Pesten a' polgári Kórházban orvosoltattak; közli Dr. Windisch Leopold.

— — — — — 2dik kötet 4 Füzet:

3) Dzondi bujasenyvellenes gyógymódja, tulajdon tapasztalásaival megtöldva közli Dr. Windisch Leop.

— — — — — 1832 3 Füzet:

5) A' dohányfestvény a' vízkórban Dr. Windischtól.

1) Számadás azon betegségekről mellyek 1831 Pesten a' polgári Sz. Rókustól nevezett kórházban orvosoltattak, közli Dr. Windisch Leopold.

— — — — — 1833 1 Füzet:

1) Számadás azon betegségekről, mellyek 1832 Pesten a' polgári Rókuskórházban orvosoltattak közli Dr. Windisch Leopold.



Orvosi Tár 10 és 11 Füzet:

4) Számadás azon betegségekéről, mellyek 1833. Pesten a' polgári Rókus kórházban orvosoltattak; közli Dr. Windisch Leopold etc. etc.

Proxime vero in: Schmid's Jährliche Berichte der in, und ausländischen gesammten Medicin Leipzig 1834. 7 Heft, sagacissimae observationes clarissimi hujus viri erudito medicorum publico tradentur.



---

## *T h e s e s :*

1. Magna est nosocomiorum , omni respectu , utilitas et necessitas.
  2. Omnis febris est tantum symptomata.
  3. Jurisconsultus in casibus occurrentibus medici forensis iudicio carere nullatenus potest.
  4. Omnis morbus sub certis circumstantiis est contagiosus.
  5. Crises negant , qui eas turbant.
  6. Cura homoeopathica est diaetetica , nullis remediis adjuta.
  7. Temerarias operationes chirurgicas suscipere valorem chirurgi minime auget.
  8. Mors physico considerata est nova generatio.
-

